G 2

1. h. 21.

K di ler:

n: 5

25

DOMINICI MASSARII VINCENTINI DE PONDERIBVS & Mensuris medicinalibus libri tres,

EX GRAECIS, ARABICIS ET *Latinis rei medicæ scriptoribus diligentissimè conscriptus, non Medicis modò, sed omnibus literarum linguarumq; studiosis perutilis futurus: ante annos* 60. *in Italia editus primùm: nunc verò ab innumeris mendis* CONRADI GESNERI *opera repurgatus.*

HVIC ACCEDVNT ETIAM alia quædam eiusdem argumenti; quorum titulos post epistolas positos reperies: omnia studio CASPARI VVOLPHII Medici Tigurini in lucem data.

TIGVRI APVD FROSCHOVERVM. 1584.

R. ARCHIVIO VENETO
VENEZIA

AMPLISSIMO

VIRO, PIETATE, ET PRV-

dentia ornatissimo D. Iohan. Heinrychio Lochmanno Senatori & Reipub. Tigurinæ Signifero, Castri Elgouiensis Domino Domino suo, Casparus Vuolphius Tigurinus Medicus, S.

BIBLIOTECA NAZIONALE VENEZIA



VEM ADMODVM in re liquis vitę humanæ actionibus, quæ ad res siue parandas siue tuendas comparatæ sunt, constantia quædam, & vt Cicero loquitur, moderatio requiritur, non solum vt hominum inter se societas coniunctioq; concilietur, verumetiam vt honestas decusq;, quæ ordine modoq; carere nequeunt, conseruetur: ita sanè credendum est, vir amplissime, ne in ipsa quidem Medicina nostra, quando de incolumitate & corporis humani con-

seruatione agitur, quicquam vtiliter commodeq; vel ad valetudinis præsentis tutelam, vel amissæ recuperationem suscipi aut peragi posse, quòd ἀμέτρως, hoc est sine certa ratione modoq; fiat. Neque enim fortè alienum videbitur, pondera & mensuras in Medicina nostra id appellare, quod in vsu vitæ ciuilis moderationem vocauit Cicero. Est etenim non mediocris inter facultatẽ Medicam & ipsam Philosophiam, Ethicam præsertim, conuenientia atque cognatio. Nam quod nostro corpori sanitas est, id animo fœlicitas dicitur: & quod in corporibus robur vel vires, illud ipsum animo sunt virtutes: in vtrorumq; verò siue acquisitione siue cõseruatione mediocritas quædam atq; moderatio necessaria existit. Mensura sanè virtutibus, cum μεσότητες sint, aut omnino cognata est, aut saltem ab ijs obseruanda erit, qui virtute eminere studuerint. Perpendat necesse est, metiaturq;

turq; tùm se tùm animum suum tanquam è statera, quicunq; vel magnanimi vel prudentis temperantisq; viri nomen obtinere voluerit, ne quid aut agat suscipiátue, quòd vel se indignũ sit, aut cui par esse non possit. Iratus certè aliquis, qui ad sumendam pœnam accesserit, mediocritatem illam nunquam tenebit. Sed & quæ secundum naturam fiunt, omnia certam ratamq; mensuram ponderisq; obseruare cernimus. Orbes cœlestes sub certa motus mediocritate mouentur: & ab his quoque anni quatuor tempora ad eandem moderationem reuocantur, quo commoda & salubria nascentibus, iucunda grataq; iam natis esse possint. Quoniam igitur quæ in magno mundo fiunt, tum demum perfectionem quæsitam adepta esse dicuntur, quando debita mensura, pondereq; κατ' ἀναλογίαν, definita fuerint: quid existimandum est quæso, in homine fieri debere? cui vt mundo vni-

uerſo Philoſophia, ſic Medicina μιχεῳ κόσμῳ tanquã moderatrix præeſt: quo certè ſi materiã eius non formam conſideres, nihil à natura in vitam editum videas nudius, fragilius, infirmiuſq́, ac proinde quicquid vel minimũ ab eo, quod cuiq́ naturale eſt receſſerit, id ipſum ſtatim periculo carere nõpoſſit. In Diætæ quidem modo & menſura præſcribenda, (quæ Medicinæ non minima pars eſt) antiquitas admodũ fuit ſolicita anxiaq́, vt quę ſatis nouiſſet, neq́ ſatietatẽ neq́ famem, imò ne quicquam aliud prodeſſe, quod naturæ modũ exceſsiſſet. Extenuata id hominũ corpora teſtantur, & quæ infirma aut debilia ſunt, quum ne leuiſſimum quidem errorẽ in dimenſa ciborum ratione offerenda, cõmiſſum, ſine incommodo ferant. Quod enim in his minus æquo nutrit, ad totius conſumptionem ſtatim deducit: quod modũ contrà exceſſerit, quum naturæ oneri ſit, non modo nõ nutriꝛ, ſed penitus etiam

tiam ſuffocat. Idem omnino etiam de medicamentis purgantibus, aut vomitū cientibus, aut deniq; quiduis aliud è corpore euacuantibus ſentiendū eſt. Quid multa? nihil in hac arte Medica, q̄ prodeſſe poſsit reperias, niſi certa menſura vſurpetur. Proinde præclarè Galen. ſcribit: ὀρθῶς εἰρῆσθαι, τὸ μέτρον ἄριστον: ὡς ἀδύνατον ἀμέτρως καλῶς γίγνεσθαι: ex Hippocrate enim: πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. Et fortè hinc aliquis non ineptè coniecerit, non à medendo Medicum dictum eſſe, vt vulgo videtur, ſed à medio potius: & ipſum quoque medium à menſura: nimirum q̄d omnes eius in arte cogitationes, eò tanquam ad ſcopum ſint referendæ. Verū in ponderibus & menſuris preſcribendis, æquilibriū illud & συμμετρίαν cuiq; congruentē obſeruare, hoc opus hic labor eſt, partim quidē, quia innumeræ penè earū ſecundum regiones, gentiū conſuetudines, & dominantiū arbitrium, ſunt differentiæ:

partim verò, quòd medicamentorum formas pleraſq; ab antiquis, Arabibus præcipuè, profunda obſcuritate involutas, linguarũ nimirum ignoratione, præſcriptas habeamus: quibus tutò quidẽ vti liceret, (habent enim etiam Arabũ ſcripta peculiare quid, ac quaſi diuinum) niſi barbarie circa ſimplicia æquè atq; pondera contaminata forent. Quum itaq; turpe ſit ac videatur Platoni, ea ignorare, quæ maximè neceſſaria ſunt: aut eos negligere, qui lucem tenebris afferunt: rectè fortaſſis feciſſe videbor, ſi cum authorem iam annos plus minus ſexaginta in tenebris latitantem, luci reddidero, qui ponderibus & menſuris inuolucra, & circumpoſita quaſi tegumenta, non modo tollit, ſed ĩſdẽ, collatione cum Græcis facta, ſplendorem & nitorẽ ac cerſit. Exẽplar huius manuſcrip. Geſnero ſuppeditauit ante annos aliquot Petrus Coldenbergius Pharmacopœus Antuerpianus diligens & doctus,

ctus, rerumq; naturalium ſtudioſiſſimus. Hunc poſtea Geſnerus, cum pleraq; confuſè & corruptè legerentur, in ordinem reduxit, & mendis infinitis purgauit. Tertius ab his ego, ne vſquam officium quod in me eſt, deſiderari poſsit, operam dedi, quanquam ſeriùs, nulla prius ſeſe offerente occaſione, vt tandem, qualis is cunq; eſſet, in lucem prodiret. Huic addidi tabulas eiuſdem materiæ duas, quæ proximè hunc ſequuntur: quarũ priorem vt ſecundi huius authoris libri quaſi quoddam compendium eſſet, ego nõ ſine moleſto & tædioſo labore confeci: alteram, quę Geſneri eſt, ex alijs, de eodem argumento, ſchedis: quas additurus quoq; fuiſſem, niſi temporis anguſtijs fuiſſem excluſus. Eodẽ tandem acceſsit catalogus noſter eorum authorum, qui de hac materia aliquid literis mandarunt. Quæ omnia vt non inutilia ſunt, ita neque ingrata fore lectori confido: proindeq; indigna, quę

maleuolorum inuidia offensioneq; lacerentur. Hunc itaq; libellum, postquam obscuris tenebris tanquam captiuum eripuissem tandem, tibi vir ornatissime, nõ sine causa dedicandum putaui. Ac ante omnia quidem, vt id auderem, me permouit egregia tua præstansq; virtus, cæteraq; animi illustria ornamenta tua. Quum enim Pythagoras olim Numeros, quos ipse sapientissimum vocauit, ideò Dijs dicabat, quòd eos censeret ad Deorum essentiam, ad virtutem, ordinem, rerumq; actiones quàm proximè accedere: quid ni liceret hodie Pondera ipsasq; Mensuras, quas itidẽ antiqui Iustitiæ, quæ virtutum omnium summa & quasi thesaurus est, ijs in terris hominibus offerre & dedicare, qui iustitia, æquitate, cæteris q; virtutibus Dijs ipsis sunt quam simillimi, ac quasi cognatione coniuncti: in quorũ numerum te non immerito ego, multorũ aliorum quoq; iudicio, refero atq; repono.

pono. Etenim si quis cõsideret diligentius tuam in diuinis pietatẽ, in magnis rebus gerendis prudentiam: modestiã in secundis, in aduersis constantiã, humanitatem & liberalitatẽ erga singulos, ac denique in omni reliqua vita morum actionumq; integritatem, nemo fanè vspiã est, qui non velit cupiatq; te vel has ipsas ob causas & amare & officijs colere. Accessit eôdẽ tuorum erga me meosq; beneficiorum & multorum & magnorum memoria, quam immortalem extare apud posteros, aliquo monumento desidero. Sed nolo plura in tuarum laudum commemorationem afferre: iuxta illud,

Πᾶν τὸ περιττὸν ἄχαιρον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιὸς,
Ὡς κῆ τᾶ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

Quamobrem cum D. Chrysostomi opinione πολλαχοῦ ἀρκεῖ καὶ ἡ προαίρεσις μέγα ποιῆσαι ἀγαθὸν: te vehemẽter oro, vt exiguã hanc animi mei ac voluntatis propensissimæ significationẽ hilari frõte excipias. Ego vicissim quicquid

in obſeruantia, fide, omnique officio & meritorum tuorum memoria, præſtari à me tibi vſpiam poterit, in me id deſiderari neutiquam patiar. Vale vir ampliſsime, & viue cum filio totaque familia quam fœliciſsimè.
Tiguri Calendis Martij,
anno 1584.

Pondere, menſura, numero Deus omnia iuſto
Condidit, his rerum conſtat vbique ſalus.

DOMI-

DOMINICVS MASSARIVS VINCENTINVS, Danieli Reynerio Senatori grauissimo, S.

IECTITANTI *mihi multos annos, sapientissime* Daniel, *illustrium veterum medicorum monumenta, quæ illi de medendi ratione conscripsere, non pauca ponderum mensurarúmque vocabula nostris non vsitata temporibus frequenter occurrebant: quorum expositionem apud multos diu quæsitam cum nusquam reperirem, ad id aliquando veni, vt quid nam agerem maximè dubius, penè statuerem priscis illis posthabitis sapientissimis medicis, ad iuniores me totum conuertere legendos. Vicit tamen ardens mea quædam (vt ita dicam) pertinax veritatis indagandæ cupiditas, qua firmato animo nulli parcens labori dies ac noctes summa cum diligentia veterum voluminibus hærens, tantum profecisse videor, vt eorum quæ inaccessibilia mihi quondam videbantur, quæq; scire posse penè desperaueram, partem non minimam planam, peruiam, scituq; facillimam fecisse me credam. Quorum memoria ne periret, crebro per te coràm & per nuncios frequentes excitatus, mandare ea literis statui, non parum medicinæ studiosis, vt arbitror profutura. In quibus si quid offenderis, quod à multorum scriptorum dictis dissentire*

videatur, erunt autem fortè non pauca, te rogatum velim, ne perinde ac perperam dictum statim damnes, sed certissima prius ingenij trutina libratum probes vel improbes. Et quoniam Græcorum atq; Arabum medicorum in linguã nostram versa commentaria, barbaris plena dictionibus, nonnulli nobis interpretes reliquere, peto, si placet, liceat per te mihi, quæ apud veteres præclaros medicos, Galenum, Alexandrũ, Dioscoridem, Paulum, vtrumq; Serapionem, Haly abbatem, Rasim, Principẽ quoq; Aboali collegi, non aliter scribere, quàm librarij scriptitarunt: impressores, impresserunt. Nec vertatur vitio si non rectè scripsisse quandoq; deprehenderer: neq; enim Græcæ aut Arabicæ Grammatices seruare præcepta suscepi, sed de ponderibus & mensuris medicinalibus pro virili pertractare. Qua in re, quoniam difficillima maximeq; laboriosa, si quid per me dictum fuerit, quod veritati quadrare non omnino videatur, dignumq; castigatione fortè censueris, veniam spero dabis tu, quem minime lateat diutnum potius quàm humanũ esse, immunem se ab omni præstare peccato.

Constat liber tribus tractatibus. I. Ponderum ac mensurarum vocabula alphabetico ordine simpliciter explicat. II. De ponderibus tantum, omnia fusius quæ ad ea explicanda pertinent, describens. III. De mensuris seorsim, eodem modo.

Hunc, inuocato Diuino numine, tibi dicatum iam iam aggredicmur.

CONTI-

CONTINENTVR IN HOC O-
pere præter Vincentini de Ponderibus & Menſuris librum.

Tabula generalis diuerſorum ponderum, ac totius ſecundi libri Dominici Vincentini quaſi quoddã compendium, diducens ſemper maiora in minora, & oſtendens quoties minor in maiore cõprehendatur: vnà cum eiuſdẽ Abaco, per CASPARVM VVOLPHIVM Medicum Tigurinum.

Menſuræ apud veteres Græcos & Latinos ſcriptores vſitatæ, Liquidorum & Aridorum, ita diſpoſitæ, vt quæ ſunt maioris ponderis ſemper præcedant. Sic enim veteribus facilius noſtræ & aliarum gentium menſurę conferentur, per CONRADVM GESNERVM Medicum Tigurinum.

Virorum illuſtriũ alphabetica enumeratio, qui de ponderum ac menſurarum doctrina vel integros libros aut tractatus ſcripſerunt, vel ſaltem obiter aut ſummariè in ſuis ſcriptis hãc materiam attigerunt: per CASPARVM VVOLPHIVM Medicum recens collecta.

Vocabula rei nummariæ, ponderum & menſurarum Græca, Latina, Hebraica, Arabica: ex diuerſis authoribus collecta, & in ordinem alphabeticum diſpoſita, per IOSIAM SIMLERVM Tigurinum.

VENEZIA

DOMINICI VI.
CENTINI ARCIGNANEI, DE
Ponderibus & Mensuris Medicinalibus, Liber tripartitus.

LIBER PRIMVS, QVI PONdera & mensuras ordine alphabetico breuiter explicat.

ABEN est mensura, quæ obseruatione cõmuni, habet olei quidem vncias viginti : vini vel aquæ duas & viginti cum Sicilico paulò minus: mellis triginta. Obseruatione vero Attica olei vncias sexdecim, cum duabus tertijs : vini vel aquæ decem & octo, paulo minus obolo scilicet: mellis autem quinque & viginti. Vide tractat. 3. capit. 44. Kist Romanum aliâs.

Acetabulum mensura est Drachmarũ decem & octo obseruatione communi: secundum Atticos, quindecim tantùm. Olei autem mensuram exprimimus solam, quoniam si vel vinum vel aquam, aut mel metiri voluerimus, maior erit secundum proportionem superius dictam in Aben, & in tractatu tertio latius explicandam. Vide in Kassuf & Oxybaphum. Tract. 3.

cap.20 & 22 Et obiter lib.3 cap 2.

Acſati, vel *Acſat* idem quod ξέστης Græcè, aut Sextarius Italicus Latinè, & eſt menſura Cotylarum duarum, pondere vncias decem & octo capiens olei: vini vel aquę viginti: mellis ſeptē & viginti: obſeruatione communi: quoniam apud Atticos ſubſeſqui quinta proportione minor eſt. Hanc Arabes etiam Kiſt Italicum vocant. Vide in Sextario tract.3 cap 10 Et obiter lib 3 cap.2.

Acſeit idem quod Acſati, lib.3 cap.10.

Acſuneffum (vel Acſuneffi) idem quod Acetabulum vel Oxybaphum: interdū Acſuffi (vel Acſaſſe) legitur, & eſt menſura apud cōmunes Drachmas decē & octo pondera capiens olei: vini vel aquę viginti: mellis ſeptem & viginti. Apud Atticos vero olei quidē quindecim tantum: vini vel aquæ ſexdecim, cum duobus Scrupulis: mellis duas & viginti ſemis. Vide tract. 3 cap. 20 & 21 & 22 in verbis Oxybaphum & Aneſimen. Et obiter Acſaſſe lib 3 cap 2.

Adar vncia dicitur. Tract.2 cap.59.

Alcaubolus, aureus eſt pendens octo obolos: ſcrupulos ſcilicet quatuor communes. Apud Nicolaum vero pendet ſcrupulos ſcilicet quatuor ſemis: obolos autem ſeptem ſemis. A communibus enim operibus (ponderibus) Nicolai pondera plurimum differunt, vt tractatu ſecundo planè docebimus. Vide tract 2 cap 53.

Alchi Arabicè, idem quod ὁλκὴ Græcè, Latinè

Holca

Holca vel Drachma, vide tract 2 c.44 45 56.

Alchilati (aliâs Alkilat) est Kirat, pondus granorum scilicet quatuor. Tract. 2. cap 10.

Alcouanus, aureorum duorum, seu scrupulorum octo pondus est, vnciæ pars tertia. Vide tract. 2 cap 56.

Alcuatus, mensura drahmarũ duodecim, dicta Latinè Cyathus, id est, vncia & semis obseruatione communi. Apud Atticos vero drachmas decem tantum pondere continet. In verbo Cyathus, tract. 3 cap. 24.

Alduruch vel *Aldorach* (aliâs quoq; Duruch & Doruch) Italicum est, amphora Italica, vel Keramion Italicũ, mensura scilicet pedis quadrati, octo & quadraginta capiens sextarios. Habet autẽ olei libras duas & septuaginta: vini vel aquæ octoginta: mellis, centũ & octo. Vide in verbo Amphora tract. 3 cap. 4. Alduruch vero vel Aldorach absolutè, sine determinatione prolatum, capit libras tres tantum. Vide supra.

Alhemen, idem quod Alheminon mox

Alheminon (aliâs Alhemion & Alhemen) est mina Græca, drachmas pendens centũ, vncias scilicet duodecim ac semis. Tract. 2 cap 69.

Almunesi, Cyathus dicitur, mensura scilicet, quæ pars est sextarij duodecima: pondere autem vnciam & mediam capiens olei communi obseruatione: aut drachmas duodecim. Vide in Cyatho, tract. 3 cap 24.

Alſacraiati magna quid, lib 2. cap. 57.

Alſatil, ex Principe, ſimiliter vncia. Tract. 2. cap. 61.

Amphora duplex, Italica & Attica. Italica menſura eſt duarum vrnarum tantum capax: Attica, trium: quæ & Cadus & Metreta nõnun quam dicitur. Tract. 3. cap. 2. 3. & 4.

Aneſimen, idem quod Oxybaphus lib. 3. 2. & 21.

Anulus, idem quod Obolus, lib. 2. 18.

Arme, aliâs Harme, ſcrupulus. Tractat. 2. cap. 25.

Artaba menſura Aegyptia, capiens modios tres Italicos, & modij partem tertiam. Tract. 3. cap. 48.

Aſſabaſa idem quod Nux: & eſt duplex magna & parua. Magna quatuordecim capit obolos apud Arabes: apud ignotum vero Græcum, ſemiunciam. Parua, ſeptẽ aut ſex. In verbo Sextarius Arabicus, tract. 2. cap. 57.

Aſſatis, vncia. Tract. 2. cap. 60.

Atogochilos, drachma eſt. Tract. 2. cap. 43. & 67.

Auellana drachmam ſignificat. Tract. 2. cap. 48. & 49.

Auguen, vncia eſt. Tract. 2. cap. 59.

Aureus multiplex eſt: Communis, Nicolai, Venetus, & Arricus. Et eſt vnciæ pars ſexta. Tract. 2. cap. 51. & cap. 46. & cap. 1.

Autulus, idem quod Kirat, & pender hordei grana

grana quatuor. Tract. 2. cap. 1. & 9.

Bachates parua, Myſtrum paruum commune, eſt menſura ſcilicet drachmas capiens ſex pondere: ſed ſecundum Atticos quinq; tantum. Tract. 3. cap. 29.

Bachila (id eſt, Faba) idem quod Balanus. Tract. 2. cap. 35.

Bachileon, idem. Ibidem cap. 33.

Balanus, eſt drachmæ medietas: idem quod Cochlear minimum. Tract. 2. cap. 32.

Beßis vel Biſſe & Bes, vnciæ octo. Vide in verbo Libræ partitiones, tract. 2. cap. 64.

Bißiliqua, duplicata ſiliqua, pondus eſt granorum octo hordei. Nam ſiliqua granorum quatuor pondus eſt Quare biſſiliqua, idem eſt quod Danich. Tract. 2. cap. 1. & 15.

Bondacate, eſt drachma (vel Auellana drachmæ pondere) Tract. 2. cap. 1. & 50.

Briala, menſura quæ Cyathus dicitur, Corylæ pars ſexta. Tract. 3. cap. 26.

Cadus, eſt Attica Amphora, tres capiens vrnas, duos vero & ſeptuaginta ſextarios ſcilicet Italicos. In verbo de Sextario, tract. 3. cap. 2. 4 & 10.

Calyx, Corylæ, medietas, vnciæ ſcilicet quatuor ſemis Tract. 3. cap. 15. & 18.

Canos (alibi Conos) Cyathus eſt. Tract. 3. cap. 32.

Caßitium (alias Caffirium) vel capitiū, menſura eſt Cyprica, Cotyla vel hemina, quod idē

est, sextarij scilicet medietas. Apud aliquos videtur libra. Tract 3 cap. 23.

Cerates, semiobolus est, id est, grana sex, verius tamen idem quod siliqua grana scilicet quatuor, vt scripsit Simon. Tract 2. cap. 13.

Ceratium, id est, siliqua, pondus est granorũ quatuor. Tract. 2. cap. 12.

Chalcus (Arabibus, Kestus, & Kestuf, Tussus vel Tussugi) est Keratij vel siliquæ medietas, quod idem est, grana scilicet duo tantum pendens Tract. 2. cap. 1. & 6. & 7.

Chaus, lib 3 cap 2.

Cheme, vel χαμη, Chema vel Chima, obseruatione communi est Mystrum paruum cõmune, drachmas scilicet sex pondere capiens. Apud Atticos autem drachmas duas semis tantum. Tract 3. ca 28 in verbo Mystrũ cõmune paruũ.

Chemerasis (id est, Faba) Alexandrina, drachma media. Tract. 2. cap. 1. & 30

Chimica, idem quod Chœnix ex Dioscoride. Tract 3 cap 13.

Choa Græcè, Latinè Congius vel Chus, mensura sextariorũ Italicorum sex, pondere libras habet nouem. Tract. 3 cap 2. & 6. in Chus.

Chœnix ex Dioscoride, Cotyle tres: ex ignoto Græco & Prisciano Cotylæ octo, sextarij scilicet quatuor Italici. Tract 3. cap. 12. & 6.

Chous vel Chus vel χους Græcè, mensura quę amphoræ Italicę pars est octaua, sex continens sextarios Italicos. In verbo Chus vel Congius. Tract 3. cap 2. & 6.

Cianes,

Cianes, mensura obolorũ quinq; vel sex. Obseruatione communi drachmam pondere continet: apud Atticos obolos quinq; tantũ. Tract. 3. cap. 34.

Coanusum, mensura Cyathorũ duorum, pars tertia Coylę, quę & pugillus dicitur, pondere capiens vncias tres estq; idem quod & Mystrũ magnum commune. Tract 3. cap. 27.

Coatus, Cyathus. In verbo Cyathus, Tract. 3 cap. 24.

Cochlear multiplex: magnum, maximũ, paruum, minimum. Cochlear magnum mensura est Mystri communis parui, pars quarta pondere, drachmas semis capiens vel duas. Tract. 3. cap 38. & cap. 2.

Cochlear maximũ, cyathi cõmunis pars tertia pondere, semiunciã capiens, drachmas scilicet quatuor. Tract. 3. cap 39. & cap. 2.

Cochlear paruũ (quod aliquando Flagerim) mensura, quæ Mystri communis parui pars est sexta, drachmam capiens pondere. Tract. 3. cap 2. 37. & 40.

Cochlear minimũ (aliquando Fahaliel) quod est mensura minima, duodecima pars est Mystri parui communis, semidrachmam pondere capiens. Tract 3. cap. 2 36. & 41.

Colananos, cochlear. Tract. 3. cap 42.

Conchula, drachmã & mediam pondere capiens, est mensura. Tract 3 cap. 2 in verbo de Cochleari minimo omniũ mensurarum prima.

Congius, mensura sextariorum sex, heminæ scilicet duodecim. Tract 3. cap. 2. & 6. in verbo Chus.

Conos, id est, Cyathus. Tract. 3. cap. 24. & 32 & Tract. 2. cap. 19.

Corboni vel Corbonus, mensura dicta Cotyla. Tract 3. cap. 2. & 11. in Cotyla.

Cotyla (vel Cotillum,) mensura vnciarũ nouem, id est, cyathorum sex, obseruatione communi: & est medietas sextarij. Tract. 3. cap. 2. 1. & 14.

Cuabium (aliâs Cuabus) similiter Cyathus. Tract. 3. cap. 25.

Culeus mensurarum maxima, amphoras Italicas viginti continet. Tract 3. cap. 2. & 3.

Cumulus, vel Anulus, obolus. Tract. 2. ca. 18.

Cyathus, Cotylæ pars est sexta. Habet autem pondere drachmas duodecim apud communes: apud Atticos vero decem tantum. Tract. 3. cap. 24. & 26.

Daguanich, idẽ quod Danich. Tract. 2. c. 14.

Danich granorum est octo pondus: drachmæ communis pars nona, quæ & Bisiliqua dicitur. Tract. 2. cap. 1. 6. & 14.

Darchimi Arabicè, Græcè (δραχμὴ) Latinè drachma. Tract. 2. cap. 1. 23. & 46.

Darchimiæ, vel Darchimet, idem & ibidem. Tract. 2. cap. 45.

Denarius aureus, hexagiũ vel stagiũ: Tract. 2. cap. 42. in verbo Numus aureus.

Denarius argenteus drachma siue numus.

Trac.2.ca.41.de aureo,lege Trac.2.ca.1.&42.

Deunx vnciæ vndecim. Tract. 2.cap. 64. in verbo Libræ partitiones.

Decunx,& *Deunx*. 2.cap. 64. in verbo Libræ partitiones.

Dichalcon granorum quatuor pondus est, duos capiens Chalcos:idem quod Kirat,vel Keratium. (Kerarit, Autulus, siliqua.) Tract.2. cap.1.& 6.in verbo Chalcus.

Dodrans,vnciæ nouem. Tract. 2.cap.64. in verbo,vt supra Libræ partitiones.

Dorach Italicum, vel Duruch,amphora est Italica. Vide supra Aldorach vel Aldurach,& infra,tract.3.cap.4.in Amphora.

Dorach Arabum,sextarij duo,lib.3.cap.2.

Drachma multiplex,communis,Attica, Venetæ,& Nicolai, vt sequetur.

Drachma communis, vnciæ communis pars est octaua, duo & septuaginta capiens grana, scrupulos tres,obolos sex. Tract.2.cap.37.

Drachma Nicolai,vnciç suæ pars nona,scrupulos eiusdem tres,obolos quinq; tantum capit,grana sexaginta. Tract.2.cap.1.& 38.

Drachma Venera,vnciç Venetç pars octaua, obolos similiter quinq;, & grana sexaginta capit. Tract.2.cap.1.& 38.

Drachma Celsi maior,duo & octoginta grana capit, duasq; grani septimas. Tract. 2.cap. 1.& 1.& 39.

Drachma Attica ſex & quinquaginta grana cum duabus octauis capit, obolos vero quatuor, cum duobus terijs oboli, paulò plus quã duas octauas grani. Tract. 2 cap. 1. & 40.

Duella, vnciæ pars tertia, ſcrupuli ſcilicet octo, vel aurei duo cõmunes, grana centum duo & nonaginta. Tract 2 cap. 1. & 54 55.

Duruch, lib 3. ca. 2. & 4.

Eberic idem quod Enib. Tract. 3. cap. 46.

Einb (ſunt qui Enib legant) menſura eſt Kiſt Romanum vocitata, olei quidẽ vncias viginti capiens: vini vel aquę, duas & viginti cũ Sicili co paulò minꝰ: mellis triginta. Tra. 3 c. 44. 45

Ecſuneſſi, lib 2 cap 22.

Emina, Vide Hemina.

Exagium (vel potius Aureus) ſcrupulos pendet quatuor. Tract. 2. cap. 42. in verbo Numus aureus, & cap. 51 in verbo Aureus.

Faba, pondus de quo leges tract. 2. cap. 35.

Faba Syra (Cyriaca) oboli quatuor, ſcrupuli ſcilicet cõmunes duo: aut grana octo & quadraginta Tract. 2. ca. 31. & 36.

Faba Græca, oboli duo, ſcrupulus ſcilicet cõmunis, hoc eſt, grana quatur & viginti. Tract. 2. cap. 1 & 27.

Faba Alexandrina, drachma media communis, hoc eſt, grana ſex & triginta, aut oboli tres. Tract 2 cap. 1. & 29. Itemq; cap. 30. vbi Kemeraſi etiam pro Faba accipi videtur.

Faba Aegyptia, idem quod Alexandrina.

Tract.

Tract. 2. cap. 1. & 31.

Faclanarium vel Paclanarium, cochlear parvum, id est, drachma. Tract. 3. cap. 43 in verbo Paclanarium.

Fabaliel, cochlear est minimũ, drachma scilicet media. Tract. 3. cap. 41.

Fiala, mensura eadem quæ & Cotyla, vncias nouem pondere continet olei: vini vel aquę decem, mellis tredecim & semis obseruatione communi. Tract 3. cap. 2. 16.

Flagerim, cochlear paruum pondere, drachmam capiens. Tract. 3 cap. 40.

Goanusus, Cyathorũ duorũ mensura. Tract. 3. cap. 1. 27.

Gormia Arabicè, est scrupulus communis, oboli scilicet duo : grana quatuor & viginti. Tract. 2. cap 1. & 23. (Nomen à Græco Gramma videtur corruptum.)

Gramma Græcè, idem quod Gormia. Tract. 2 cap & 24.

Granum ex ponderibus minimum, lib. 2. ca. 1.

Guanchus, scrupulus. Tract. 2. cap. 22.

Harme (aliâs Arme) scrupulus, nomen à Græco gramma, vt videtur corruptũ. Trac 2. ca. 22.

Hecsunesi Auicennæ idem quod scrupulus lib. 2. cap 22.

Hemina nomen est ponderis & mensuræ lib. 2. cap. 1.

Hemina, Cotyla est, sextarij scilicet medietas pondere: vnciq; nouẽ olei: vini vel aquę decem: mellis tredecim & semis. Trac. 3. ca. 2. 10. 11. 14

Hemion, Lege Alhemion.

Helagium, Vide Exagium.

Holca, à Græcis dicitur, quæ & drachma ijsdem. Tract. 2 cap 44. & 81.

Iohem Arabicè, Congius est, mensura scilicet sextariorum sex libras nouem capiens. Tract. 3. cap. 6. in verbo Chus.

Kararit apud Arabes, pondus est granorum quatuor: idem quod Kirat, Siliqua aut Dichalchum. Tract. 2. cap: 1. & 8.

Kassuf (alias Kassūf) Oxybaphus, Acetabulum idem, Cotulæ pars quarta pondere, drachmæ decem & octo: aliquando Kissuf legitur Tract. 3. cap. 22.

Kassitium vel Kassitium, mensura quæ Cotyla videtur. Tract. 3. cap. 23.

Keiellati, Cotylæ medietas, vnciæ scilicet quatuor & semis. Tract. 3. cap. 15.

Kemerasis Alexandrina, idem quod Faba Alexandrina, lib. 2. cap. 30.

Keramion Italicū apud Græcos, est Amphora Italica, octo & quadraginta capiens sextarios. Tract. 3. cap. 4. in verbo Amphora Italica, & lib. eodem cap. 23.

Keratium, idem quod Kirat, aut Dicalchoin. Tract. 2. cap. 1. 6. & 14.

Kermet, scrupulus est communis. Tract. 2. cap. 26. Nomen à Græco gramma corruptum videtur.

Kestuf, (aliàs Kestus vt cap. 1. lib. 2.) Chalestus est,

ſus eſt, granorũ ſcilicet duorũ pondus. Tract. 2. cap. 6. & 7. in Chalcus.

Kilat, Lege, Alkilat.

Kirat pondus granorum quatuor. Tract 2. cap 8 poſt verbum Dichalcos, & alibi, vt lib. 2. cap 1. 9. 10. 11.

Kiſt Italicum, menſura dicta Sextarius Italicus vel Xeſtes Græcè, Cotylas duas continens. Vide Tract. 3. cap. 2. & 8. in Sextarius Italicus: &, De Sextario licet. Item capitibus 44. & 46. in vocabulo Aben & Eberio.

Kiſt Romanum vncias viginti capit olei. Vide vbi ſupra.

Kiſt Atticum, menſura quæ olei quidem capit vncias quindecim: vini vel aquæ ſexdecim cum duabus tertijs: mellis autem duas & viginti ſemis Tract. 3. cap. 9.

Koſtuf, id eſt Chalcus. Tract. 2 cap. 6. & 7.

Libra multiplex. Cõmunis, Attica, Nicolai, Veneta, quarum diſtinctionem vide tract. 2. de Libra agnoſces. Tract. 2. cap. 1. & 62. Plura itẽ de libra leges capitibus 63. 64. 65. eiuſdem tractatus. Libra communis & Celſi conueniunt, lib 2. cap. 2. Libra vero Nicolai & Venetorum differunt ibidem.

Lupinus, drachmę eſt medietas. Tract. 2. cap. 2. & 34.

Manes, vel Manei, vel Manij, mina Tract. 2. cap. 68. (Vocabula corrupta ſunt à Mina Græco.)

VENEZIA

Medimnus est mensura duas Italicas continens amphoras medias, scilicet sex, hoc est, sex & nonaginta sextarios. Tract. 3. cap. 47.

Mena, mina, vbi supra. Tract. 2. cap. 68. & li. 3. cap. 11.

Mestrum idem quod Mystrum, lib 3. cap. 17. & 2.

Metreta duorum & septuaginta sextariorũ mensura: idẽ quod Cadus & Attica amphora, tres capit vrnas. Tract. 3. cap. 4. & 10. in Sextario licet.

Mina Attica, drachmas quinq; & septuaginta, quæ & libra Attica dicitur, vbi supra. Lib. 2. cap. 66.

Mina Italica, vel Aegyptia, libram cum triente, id est vncias sedecim, ibidem.

Mina Romana, est vnciarum viginti. Ibidem in verbo, Mina multiplex.

Missohaos, est Congij medietas, pondere, libræ quatuor semis. Tract 3 cap 7.

Mna, μνᾶ Græcè, quam nostri minam vocant, communis scilicet drachmas centum pendet. Tract. 2. cap 67.

Modius, Vide Tract. 3. cap 49.

Muchitrum, idẽ quod mystrũ, li. 3. ca. 2. & 17.

Munesi, Lege Almunesi.

Mystrum magnum cõmune mensura est, sextarij pars sexta, Cotylæ tertia. Capit autẽ pondere olei vncias tres: vini vel aquæ vncias tres, & scrupulos octo: mellis vncias quatuor semis.

mis. Tract. 2. cap 23. & Tract. 3. cap. 17

Mystrum magnum Atticum, scrupuli decem, oboli viginti. Tract 3 cap. 30. De Mystro Attico rursus, tract. 3 cap 33.

Mystrum paruum commune, est Cyathi medietas, pondere vero drachmas habet sex. Tra. 2. cap 23. & tract 3 cap. 28.

Mystrum Atticum paruum, oboli quindecim. Tract. 3 cap 31.

Nabach, Drachma est, aut drachmam pendet, Tract. 2 cap. 48.

Numus aureus, Exagium, vel aureus absolutè. Tract. 2. cap. 42.

Numus argenteus, drachma est Tract. 2. cap. 41.

Nux parua, drachmam pendet secundum aliquos: aut drachmam & sextam, id est obolos septem, vt scripsit Serapio & Princeps Tract 3. cap. 35 in verbo Nux.

Nux Magna apud ignotum Græcum semuncia est, cochlear maximum scilicet verum: apud Arabes scrupuli septem aut seminet quatuordecim, quod idem est, vt scripsit Serapio & Princeps. Tract. 3. cap 35 in verbo Nux.

Nux Pontica pensitat Keratia decem & octo. Drachmam scilicet vnam communem, aut cochlear paruum, quod idem est. Ibidem.

Nux Regalis aureos tres, aut drachmas quatuor communes: semi vnciam scilicet pen-

det, vel cochlear maximum. Ibidem.

Obolus, drachmæ communis pars est sexta, scrupuli medietas, grana scilicet duodecim. Tract. 2. cap. 6. 19. 52. 16. Semiobolus granorum sex est. Tract. 2. cap. 1 & 13.

Olca (vel potius Holca, ὁλκὴ) drachma. Tract. 2. cap. 1. 44.

Ologinat videtur drachma. Tract. 2. cap. 47.

Ominus, est corruptum à Mina vocabulum. Mina. Tract. 2. cap. 43 & 67.

Onolosat, vel Onolosich, id est, Obolus. Tract. 2. cap. 1. & 19.

Onolos, Obolus. Tract. 2. cap. 1. & 19. in verbo Onolosat.

Orobus grana quatuor, & est Siliqua, aut iurat, quod idem est. Tract. 2. cap. 11. post Siliqua.

Osinachi in secretis Galeni exponitur vnciæ tres: & est Alystrum magnum commune.

Oxybaphum obseruatione Attica, est mensura, pars quarta scilicet Cotylæ, vel sesquicyathus: habet autem pondere drachmas quindecim: sed obseruatione communi drachmas habet decem & octo. Tract. 2. cap. 22. & Tract. 5. cap. 2. 20. 21. 22.

Paclanarium, cochlear est paruum, pondere capiens drachma. Tract. 3. 43.

Paroxis, pondus sex granorum. Tract. 2. cap. 1.

Pugillus,

Bugillus, mensura est, quæ & Mystrum commune magnum. Tract 3. cap. 19. [mensura Cyathorum duorum. Tract. 3. cap. 27. Vel Cotylæ tres. Tract. 3. cap. 19.]

Quadrans ad libram relatus, est Vncię tres. Ad vnciam, sicilicus, id est, drachmæ duæ. Ad Drachmam, grana decem & octo. Ad Aureum scrupulus. Tract. 2. cap. 61. & 46. in verbo Libræ partitiones. [Vide etiam in eodem tractat. cap. 1.]

Quadrantal, Amphora Italica. Tract. 3. cap. 4. in verbo Amphora Italica.

Quincuns, Vnciæ quinque. Tractat. 2. cap. 2. & 61.

Reielati, videtur mensura Cotylæ mediæ, Tract. 3. cap. 15.

Rotulus, Libra est. Tract. 2. cap. 65.

Sachraiati est, Vncię tres & octaua: drachmę scilicet quinqz & viginti, Tract. 2. cap. 57. in verbo Sextarius Arabicus.

Sacros, Vnciam significat. Tract. 2. cap. 58.

Satil, Vide Alsatil.

Scrupulus multiplex est, communis scilicet, Atticus, Venetus, & Nicolai, quorum differentiam, tractatu secundo, de initio & ortu ponderum, & capitulo proprio tactam reperies. Tract. 2. cap. 21.

Scrupulus & obolus differunt, lib. 2. cap. 6.

Scrupulus variat in numero granorum. lib. 2. cap. 1.

Seguimen, id est, obolus, Trac. 2. cap. 17.

Selibra, libri medietas, vnciæ scilicet sex. Tract. 2. cap. 64. in verbo Libræ partitiones.

Semidrachma lib. 2. cap. 1.

Semisextula, & semisecla. Aurei medietas.

Seminen, Obolus. Tract. 2. cap. 1. & 17. & 57.

Seminet, idem. Tract. 2. cap. ijsdem.

Semiobolus, lib. 2. cap. 1. & 13.

Septunx, lib. 2. cap 64.

Semissis lib. 2. cap. 1.

Semuncia, est vnciæ medietas. Tract. 2. cap. 1 & 64. in verbo Libræ partitiones.

Sexcla, idem quod aureus communis lib. 2. cap. 51. 52.

Sexcunx, vel Sexcuncia, Vncia est semis. Tract. 2. cap. 63.

Sextarius apud Arabes, idem quod apud nostros Stater, Vnciæ scilicet medietas. Tract. 2. cap. 57. & lib. 3. cap. 2. & 10.

Sextarius Italicus, mensura est Cotylarum duarum capax: pondere verò vnciarum decem & octo olei: vini vel aquæ viginti: mellis septem & viginti. Apud Oribasium tamen, vt refert Paulus, olei quidem vncias quinque continet: vini vel aquæ duas & viginti paulò plus: mellis vero triginta capit. Tract. 3. cap. 8. & in verbo Chus. Tract. 3. cap. 6. Sextarius Atticus, lib.

lib. 3. cap. 9.

Sextans ad Libram relatum, duarum vnciarum pondus est: ad vnciam, aureus: ad aureum, grana sexdecim: ad drachmam, obolus. Tract. 2. cap. 1. 63. in verbo Libræ partitiones.

Sextinus, idem quod sextula, lib. 2. cap. 52.

Sextula. Vide Tract. 2. cap. 1. 51. & 52.

Sextunx, Obolus: quoniam drachmæ pars est sexta: Et de aureo quandoque legitur, quoniam sexies multiplicatus, vnciam reddit. Tra. 2. cap. 51. in verbo Sextula.

Sicilicus, vel Siciliquus; vnciæ pars quarta, drachmæ duæ. Tract. 2. cap. 1. & 54.

Siliqua, granorum quatuor est pondus. Tra. 2. cap. 1. & 11. De Bisiliqua, vide tract. 2. cap. 6. & 15.

Solidus, idem quod aureus. Tract. 2. cap. 51. in verbo Aureus.

Stagium, Vide tract. 2 cap. 42. & 51.

Stater. Vide in Sextario apud Arabes. Lib. 2. cap. 64 & 57.

Sunesi. Lib 3. cap. 2.

Thermus, granorum sex pondus. Tract. 2. cap. 1.

Tremissis, aurei pars est tertia, grana scilicet duo & triginta observatione communi: Apud Nicolaum vero triginta tantum. Venetijs vero sex & viginti, cum duabus tertijs Tremissem faciunt. Tract. 2. cap. 1. & 28.

Triens, pars tertia ad libram relatus, vncia rum quatuor pondus est: ad vnciam, aurei duo: ad drachmam, scrupulus erit. In verbo Librę partitiones. [Vide etiam eodem tract. cap. primum.]

Tussuc, idem quod Tussugi. Tract. 2. cap. 7. & primo.

Tussugi, Chalcus est, hordei scilicet grana duo. Tract. 2. cap. 7. & primo.

Trublium, vel triblion Græcè, Cotyla est. Tract 3. cap. 11 in verbo Cotyla.

Vncia multiplex, communis, Nicolai, Venetą & Attica. Tract. 2. cap. 1. & 2.

Vncia communis, est pars duodecima libræ communis, continet autem drachmas octo, aureos, sex: scrupulos, quatuor & viginti: obolos, octo & quadraginta: grana vero quingenta sex, & septuaginta. Tract. 2. cap. 1. & 2.

Vncia Nicolai, drachmas nouem: scrupulos septem & viginti: obolos quinq; & quadraginta capit: grana veroquinquaginta & quadraginta. Ibidem.

Vncia Veneta drachmas octo: obolos quadraginta: grana quadraginta octingenta. Ibid.

Vncia Attica, obolos septem & triginta semis: grana quadringenta quinquaginta.

Vncia Denarij, quo vocabulo vti videtur Celsus, sexta pars est denarij, vel drachmæ Celsi: grana scilicet tredecim, cum quinq; septimis. Celsi namque Drachma, grana duo & octogin

ta, du-

ta, duasque grani septimas capit similiter. Ibidem scilicet tract. 2. cap. 1. & 2. 20.

Vrna, Amphoræ Italicæ medietas est, pondere libras sex & triginta capit olei: vini vel aquæ, quadraginta: mellis, quatuor & quinquaginta. Tract. 3. cap. 2 & 5. & in verbo Amphora Italica.

Xestes, Congij pars sexta: idem quod Sextarius Italicus, vel Kist Italicum. Tract 3. cap. 2. & 6. & 57. in verbo Chus & cap. 10. in verbo, de Sextario licet.

His quæ hactenus scripsimus, si fidem, Lector, fortè non adhibes, hos qui sequuntur rogamus legas tractatulos, quoniam in illis diutius immorantes, quæcunque prius nuda, summaque cum breuitate perstrinximus, tentabimus firmare, adductis non paucis illustrium medicorum dictis. Diuino itaq; freti auxilio, à quo bona cuncta procedunt, de ponderibus primum, ac de mensuris postea, stilo prosequemur sobriore.

DE PONDE. ET MENSVR.

LIBER SECVNDVS.

DE INITIO ET ORTV ponderum.

CAPVT I.

SICVT apud Arithmeticos, numerorum omnium principium est vnitas, non aliter apud Medicos, ponderum omnium initium est granum, id autem hordaceum dicimus: Vt enim omnis numerus diuisibilis est, ac nisi ad vnitatem redigatur, diuisionẽ semper recipit: sic & pondus omne secabile, atque ita secabile, vt eiusdem sectio non antea cesset, quàm in granum tandem descenderit: Vltra enim non progreditur medicus: Adde præterea, quod quemadmodum ex pluribus simul iunctis vnitatibus, variæ infinitæq; numerorum species procreantur, non minus ex pluribus simul aggregatis granis diuersas ac sine numero penè ponderum species coaceruari videmus. Vt igitur binarium numerum primum, minimumq; duæ simul iunctæ vnitates efficiunt, nõ aliter Chalcum pondus primũ, minimumq; duo simul aggregata grana parturiunt Sortitum est autem pondus hoc primum nomina plura, apud Græcos quidem & nostrates Chalcus: apud Arabes, Kestus (aliâs, Kestuf) tussuc,

tuſſuc, vel tuſſugi nuncupatur. Nec minus quæ ſequũtur pondera varijs ſunt appellata nomini bus, quorum ſi meminerimus tædio ne afficia- re lector, rogamus.

Grana quatuor, Dichalcon faciunt, alio nomine Siliquam, Keratium, Kirat, Kerarit, Autu lum. Sunt autem nomina hæc nomina granorũ quatuor pondus importantia.

Grana ſex, Thermum, Paroxin, ſemiobolũ, Chalcos ſcilicet tres faciunt.

Grana octo, Biſſiliquam, Danich.

Duodecim, obolum, ſeminen vel ſeminet, onoloſſat, vel onoloſsich & interdum onolos.

Grana tredecim, cum quinq; ſeptimis, vnciam denarij, vel drachmæ, quod idem videtur apud Celſum.

Atticis grana decem, nouem Nicolao, Venetiſq; viginti, conmmunibus vero medicis quatuor & viginti, ſcrupulum complent, communis drachmæ partem tertiam, Aurei quartam, vocatam Græcè gramma, Arabicè gormiam, Latinè ſcrupulum & fabam interdum Græcam.

Sex & viginti grana, cum duabus tertijs, Tremiſſem faciunt Venetis, Triginta ijſdem, ac Nicolao Semidrachmam. Apud illum nanque idem eſt.

Aurei pars tertia, tremiſcis ſcilicet & ſemi- drachma. Non autem apud Venetos, aut communes medicos.

Duo & triginta grana, communem tremiſſem faciunt, aurei communis partem tertiam.

Sex & triginta, communem ſemidrachmã, fabam Aegyptiam, fabam Alexandrinam, Chemeraſim Alexandrinam, & Lupinum interdum vocatam.

Quadraginta Venetis aureum medium.

Quinq; & quadraginta Nicolao.

Sed communibus octo & quadraginta, aureum medium complent, ſcrupulos duos ſcilicet, obolos quatuor, fabamue Syram (Siriacam.)

Sex & quinquaginta cum duabus octauis, drachmam Atticam.

Sexaginta Venetam & Nicolitam.

Duo & ſeptuaginta communem perficiunt vocatam Olcam, Auellanam.

Darchimiæ, Darchimet, Denarium argenteum, Bondachate quoq;, communis vncię partem octauam, libræ ſextam & nonageſimam ex tribus conſtantem ſcrupulis, obolis ſex. Danich biſſiliquis nouẽ: Keratijs, Kirat, Kararit, autulis aut ſiliquis decem octo.

Grana duo & octoginta & duæ ſeptimæ, Denarium ſiue drachmam Celſo faciunt, vncias Denarij ſex.

Quinque & ſeptuaginta, aureum Atticum.

Octoginta, Venetum.

Nonaginta, Nicolitum.

Sex & nonaginta, communem faciunt vocatum plerumque sextla, vel sextulam interdum & sextimum: quoniam sit vnciæ pars sexta.

Centum quatuor & quadraginta, Sicilicum, communes drachmas duas pendentem.

Centum duo & nonaginta, vncię communis partem tertiam, vocatam Duellam.

Ducenta quinque & viginti, semunciam Atticam.

Ducenta quadraginta Venetam.

Ducenta septuaginta, Nicolitam.

Ducenta octo, & octoginta, communem faciunt.

Quadringenta quinquaginta, vnciam Atticam.

Quadringenta octoginta, Venetam.

Quingenta quadraginta, Nicolitam, drachmas eius nouem capientem, scrupulos septem & viginti, obolos quinq; & quadraginta.

Quingenta vero sex & septuaginta grana, communem vnciam complent drachmas octo, scrupulos quatuor & viginti, obolos octo & quadraginta capientem.

Nongenta, sextantem faciunt Atticum.

Noningenta & sexaginta, Venetum.

Mille octoginta, Nicolitum.

Mille centum duo & quinquaginta, communem, duas scilicet cõmunes vncias pendentem.

Mille trecenta quinquaginta, Atticum quadrantem.

Mille quadringenta quadraginta, Venetum.
Mille sexcenta viginti, Nicolitum.
Mille septingenta octo & viginti, communem faciunt, trium scilicet vnciarum pondus.
Mille octingenta, trientem Atticum.
Mille noningenta viginti, Venetum.
Duo millia centum sexaginta, Nicolitum.
Duo millia trecenta quatuor, communem trientem, vncias capientem quatuor.
Atticis duo millia, ducenta, quinquaginta, quincuncem, Venetis duo millia quadringenta.
Nicolao duo millia septingenta.
Communibus, duo millia octingenta, octoginta.
Duo millia septingenta, Atticis.
Duo millia octingenta octoginta, Venetis.
Tria millia ducẽta & quadraginta, Nicolao.
Tria millia quadringenta sex & quinquaginta, communibus, Semissem faciunt.
Grana quinq; millia quadringenta, Atticã.
Quinq; millia septingẽta sexaginta, Venetã.
Sex millia quadringenta, octoginta, Nicolitam.
Sex millia, noningenta duodecim, communem libram perficiunt.

PONDERVM DIVERSORVM, *inter se comparatio.*

CAPVT II.

Hæc

HAc quæ prius diximus diligentius considerantibus nobis, facilè apparebit quæ, quanta q; sit inter communes, Atticos, Venetos, Nocolaum, ac Celsum de ponderibus dissonantia. Dictũ est enim Nicolitum, Venetumq; scrupulum ex viginti constare granis: Atticum ex decem & nouem ferè: Communẽ vero ex quatuor & viginti. Nicolai quoq; Venetamq; drachmam, ex sexaginta, Atticam ex sex & quinquaginta cum duabus octauis: Communẽ ex duobus & septuaginta. Celso vero placuit Denarium suum, siue Drachmam, ex granis duobus octoginta duabusq; septimis facere. Vnciam autem ex Denarijs septem tantum, quorum tamẽ summa ad quingenta sex & septuaginta grana conscenderit. Vncia vero Nicolai cũ ex Drachmis nouem integretur, Drachmæq; singulæ ex granis sexaginta, nouies autẽ sexaginta, quingenta & quadraginta producant, quingentorũ & quadraginta granorum numerũ continebit. Cõmunes vero medici, Galenus scil. Alexãder, Paulus, Arabesq; oẽs eos sequuti, cõmuniq; obseruatione vtentes, (quoniã ex Drachmis octo faciunt vnciã. Drachmas vero singulas ex granis duobus & septuaginta, octiesq; duo & septuaginta, quingenta sex & septuaginta producunt) ad quingentorum sex & septuaginta granorum numerum extenderunt vnciam. Ex quo sequi videtur eorum vnciam, Nicolai vnciam superare in proportione sesquiquinta decima.

Continet enim illam totam & amplius quintamdecimam eius partem, grana scilicet sex & triginta. Et consequenter Nicolai libram eadem in proportione, communis libra superabit. Venetam vero in proportione sesquiquinta: quoniam ex Drachmis octo tantum vnciam. Drachmam vero ex granis sexaginta faciunt. Hoc equidem Celsi ponderibus, communibus comparatis nullo pacto contingit. Licet enim Celsi Drachma, communi maior aliquanto sit, communem tamen vnciam, Celsi vncia minimè superat, imo illi ad vnguem penitus quadrat. Id quod cuiuis patere facilè potest diligentius speculanti: quia cum Drachmarum numerus, ex quibus vnciæ constant, non vtrobiq; par sit: quoniam Celsi septenarius tantùm. Communium vero medicorum octonarius, fit, vt communis vncia, additione Drachmæ octauæ, recuperet illud omne quod ex granorum diminutione Drachmam constituentium videbatur amittere. Septem quidem communes Drachmæ Celsi Drachmis septem comparatæ, vincuntur ab eis per excessum granorum duorum & septuaginta. Duo enim & octoginta grana cum duabus septimis ex quibus Celsi Drachma componitur, si sexies multiplicentur, quingenta & septuaginta reddunt. Duo vero & septuaginta ex quibus cõmunis drachma, quingenta & quatuor tantum, quibus si octauæ Drachmæ numerus addatur, duo scilicet & septuaginta,

ptuaginta, quingentorum ſex & ſeptuaginta granorum numerus aggregabitur, quæ etiam Celſi Drachmę ſeptem congregauerant. Erunt ergo pares inter ſe vnciæ, communes & Celſi, eundem præciſè granorum numerum continentes. Libræ quoque ſimiliter pares, quod de Nicolai Venetorúmue vncia aut Libra verificari nequaquam poteſt, inter quos maxima eſt de ponderibus diſſonantia, minima vero ac penè nulla inter communes & Celſum, quorum vnciæ, libræq; eædem, Drachmæ vero vt diximus, earumq; minutiæ aliquantulum diſpares. Verùm Drachmarũ minutiæ, ſi non Arithmetica, Geometrica tamen proportione concordant. Vt enim oboli ſex, Drachmam cõmunem, haud aliter denarij vnciæ ſex, Celſi denarium integrant, ita vt pene idem videatur vncia denarij Celſi in denario, quod obolus in communi drachma. Veruntamen obolus ſuperatur, ab vncia denarij, per grana quaſi duo paulo minus: quia duabus ſeptimis, qui exceſſus adeò paruus eſt, vt Hermolaus Barbarus æratis noſtræ ſingulare literarum decus, in Plinianis caſtigationibus ſcripſerit, vnciam denarij idem eſſe, quod obolus: quamuis non omnino idem ſit, ſi verũ exquiſitius indagari volumus, quod & Celſus ipſe teſtari videtur his verbis, Id, inquit, ad pondera noſtra relatum paulò plus eſt dimidio ſcrupulo, id eſt, obolo. Duo enim oboli ſcrupulum integrant.

DE CAVSA ET MODO MVTAtionis ponderum per Nicolaum.

CAPVT III.

QVid autem mouerit Nicolaum, vt hanc de qua diximus, ponderum mutationẽ faceret, hæc cauſa fortè fuiſſe potuit: Ardens ſcilicet gloriæ cupiditas, qua nominis immortalitati ſtudens, quod Attici menſuris plurimis feciſſe probantur, hoc ipſe ponderibus quibuſdã feciſſe videatur. Illi namq; ex communibus menſuris ſexta ſubtracta parte ita proprietates effecere, vt cõmunes penè omnes ad Atticas comparatæ, ſeſquiquinta in proportione maiores inueniantur. Exempli cauſa, Cyathus communis, drachmas duodecim pondere continet: Atticus decem. Sextarius communis, vncias decẽ & octo: Atticus quindecim. Duodecim autẽ ad decem, & decẽ & octo, ad quindecim, proportio eſt ſeſquiquinta. Imitatus igitur Atticos Nicolaus, ex communi ſcrupulo, communiq; drachma, ſextę partis detractione, peculiarẽ ſcrupulũ, drachmamq; fecit, ad quos cõmunis ſcrupulus, drachmaq; communis comparati, ſeſquiquintam proportionẽ obtinent. Quatuor enim & viginti granorum numerus, qui communis eſt ſcrupulus, & duorum & ſeptuaginta, quæ communis eſt drachma, ad viginti Nicolai ſcrupulum, adq; ſexaginta eiuſdẽ, drachmam,

drachmam, ſeſquiquintam eſſe proportionem, nemo eſt qui ambigat, proportionũ ſciolus, ſic vt diximus, in ſcrupulis, drachmisq; conſtituendis, proceſsit Nicolaus: ſed nõ ſimiliter vncias, ſubtrahendo ſcilicet ex communibus: ſed addendo potius proceſsiſſe videt: quippe qui Drachmarum numerum auxerit, ex quibus vncia conſtat, illam ex nouẽ conſtituens drachmis, quam ex octo tantum communes effecerant. Aſſecutus eſt autem per additionem drachmæ nonæ, vt exceſſu longè minori, eius vnciam communis vncia vincat, vtpote inter quas ſeſquiquinta decima proportio conſtet, non ſeſquiquinta, qualem inter ſcrupulos, drachmasq; monſtrauimus, differentia: namque quingentorum ſex & ſeptuaginta granorum, (quæ communis eſt vncia) ad quingenta & quadraginta (quæ Nicolai eſt vncia) ſex ſcilicet & triginta, pars eſt quinta decima numeri minoris communis. Vncia per drachmam mediam tantum, libra vero per ſemunciam cum ſiciliquo Nicolai, vnciam libramque ſeparant. Quamobrem fateri cogimus, Nicolaum Drachmarum quidem auxiſſe numerum, granorum vero diminuiſſe, ex quibus vncia conſtat, diminutione tamen non tanta, quantam in ſcrupulo drachmàque fecerat, quos ſexta ſui parte mutilos reddidit.

Veteres vero medici, medium quodammodo inter Nicolaum & communes tenentes, quo

ad ſcrupulos & drachmas Nicolaum ſequuti; in conſtituendis vncijs communibus adhæſere, quam non ex nouem vt Nicolaus, ſed ex octo tantum drachmis, communium more, factitarunt. Ex quo ſequitur, communem vnciam, ſeſquiquinta proportione maiorem Veneta: conſtat enim Veneta, ex quadringentis octoginta granis; communis vero ex quingentis ſex & ſeptuaginta, quorum differentia eſt ſex & nonaginta.

DE HIS QVAE SEQVVNTVR *ex ponderum aſsignatione ab antiquioribus dexiantium.*

CAPVT IIII.

HIc varius aſsignandorum ponderum modus, non parui erroris cauſa videtur extitiſſe: quoniam cum in his quæ à veteribus probatiſsimis medicis ſumuntur antidotis, non ſeruetur componentium inter ſeſe proportio eadem, quæ in primis eorum deſcriptionibus fuerat: nulla admiratione dignum videri debet, ſi quæ nunc componuntur medicamina, ab antiquioribus tantis celebrata laudibus, non admirandam illam, ac penè diuinã, ita dixerimus, ſortiantur in operando excellentiã, quam olim habuiſſe, clariſsimi medicinæ authores memoriæ prodidere. Quod canone quinto de theriaca ſcribens princeps Abohali conſuluiſſe videtur. Et

tur. Et meum quidem inquit, consilium est, vt non remoueatur aliquid quod experimentum iuuatiuum inuenit, fortasse enim illa compositio, cum illo pondere est significans illud, cuius iuuamentum inuenit experimentum, quod quando ipsa mouetur à suo pondere, non sequitur illam proprietatem.

QVOD IN ARABVM LIBRIS, LOco *drachmæ, aureus frequenter scribitur.*

CAPVT V.

ADde quod ex Arabico in linguam nostrã versis cõmentarijs, locis quamplurimis, vbi drachma scribi debuerat, aureus frequenter legitur: idq; apud Principem, cum maximè Canone quinto, Theriacę descriptione deprehenditur apertissimè, non Pauli solum testimonio vbique drachmam scribentis, vbi aureum principis scripsit interpres, sed & Gentilis, authoris non spernendi, illud idem affirmantis. Et quod his omnibus maius putamus & magis vrget, Andromachi, radicali descriptione, quo ad hoc, à Paulo nullatenus dissentiente. Posset autem & satis probabilis adduci ratio quædã, sumpta ex ꝓportione mellis ad species, ex quibus Theriaca componitur, quæ quidem dupla esse debet, vt capite eodem, descriptione secunda, Princeps testatur. Est autem ratio talis. Si

Intelligamus aureos in descriptione prima à Principe positos, in propria significatione sumendos pro sexta scilicet vnciæ parte, quam diximus, mellis ad species proportio dupla scilicet seruari nullo pacto posse videtur, seruatur autem si aurei pro drachmis exponãtur. Ergo aurei in Theriacæ descriptione positi, ꝑ drachmis exponendi videntur. Hoc autem quod ita sit ostenditur: quantitas specierum in Theriacę descriptione prima descriptarũ, est, aurei quadringenti duo & octoginta, qui in vnum collecti, Vncias octoginta & aureos duos: hæc autem libras sex, vncias octo cum triente faciũt. Mellis ergo pondus cum duplex ad species debeat esse, vt Principis sententia diximus, ad libras tredecim, & eo amplius ascenderet, sed ex Serapione, Rhasi ad Almansorem, Haliabbate, Constantino, ac Gentili, Mel apponendum est, libræ decem tantum. Ergô aureorũ scripturа in propria significatione sumptorum saluari posse non videtur, quoniam specierum quantitas maior esset, quam tanto mellis ponderi conuenire authores prædicti testentur, quod duplum ad species & librarum decem esse confirment. Quod autem dicta proportio ad vnguẽ seruetur, si aureorum loco drachmę scribantur, apertè monstratur, Drachmæ quadringentæ duæ & octoginta, vncias sexaginta cum quadrante faciunt. Hæc autẽ libras quinq; cum sicilico, ad quas pondus librarum decem, mellis

proportionem duplam obtinent. Clarum itaq; apertumq; esse videtur, quod dicebamus apud Arabes medicos, aureum frequenter scriptum inueniri, vbi drachma scribenda fuisset, maximè apud Principem & Rhasim in Continentis volumine. De quo quamuis innumera adducere exempla possem, ne principalis tamen propositi immemor appaream, pauca quædam adduxisse sat erit. Decima tertij capitulo de asthmate in medicina de Synapi, quam à Paulo Princeps accepit, vbi Paulus drachmam mediam, aureum ille medium. Et quod non possumus non vehementius admirari, vbi Paulus obolum medium, id est grana sex, illius aureum medium, grana scilicet octo & quadraginta scripsit interpres. Sed librarijs fortè, non interpreti tantus error ascribendus erit. ℞. inquit Paulus, Sinapi drachmam vnam, nitri Affri obolos tres, elaterij quantum medius obolus. Auicennæ interpres. ℞ sinapi aureum vnum, salis communis, qui in pane ponitur, aureũ medium, succi cucumeris asinini aureum mediũ. Rasis quoq; Cõtinentis vigesimo secundo, cap. CCI. Dioscoridis dicta testatus: Cùm sumũtur, inquit, ex castoreo & mentastro syluestri ana aurei, prouocant menstrua, cum tamen Dioscorid. cap. de Castoreo dixerit, κάστορος ὁπὸ ἐπὶ μιᾷ ἀγλήχωνος < πλῆθος δυοῖν, ἐμμίσια κινεῖ, &c. In Græco exemplari: in Latino: Castoreum cum pulegio bibitũ drachmis duabus, mẽstruis

imperat. Rasis aureos, Dioscorides drachmas scripsit, cui Plinius lib. 32. cap. 3. consonat, inquiens de castoreo dari binas drachmas satis est. Ex his ostensum planè videtur, quare in nobilium medicinarum, quàmplurimis à priscis medicis laudibus innumeris celebratarum, nõ ille excellentes, admirandæq; ætate nostra appareant operationes, quæ priscis illis temporibus apparuisse produntur: quoniam variatis ponderibus simplicium, ex quibus componuntur, compositorũ quoq; complexiones ex miscibilium refractione resultantes, nec non & proprietates ad complexionum præparationem emergentes variantur, vt Principis attestatione, paulo superius diximus.

DE CHALCO GRANORVM *duorum pondere.*

CAPVT VI.

CHalcus granorum duorum est pondus, vnciæ pars ducentesima octaua & octogesima. Testatur Paulus practicę septimo de Ponderibus. Obolus (inquit) habet Keratia tria. Keratium chalcos duos. Hinc nonnulli non rectè interpretantes Paulum, quoniam inquit, Keratium, habet chalcos duos, credentes Keratium granorum sex pondus esse, dixere chalcũ pondus esse granorum trium, non aduertentes ad

verba

verba Pauli, dicẽtis, Obolus habet Keratia tria, quoniam si Keratium pondus esset granorum sex, tunc obolus grana decem octo penderet, quũ tria Keratia pendeat, quod falsum esse Medicorum omnium benè sentientium schola testatur. Ad quod illud quoq; sequeretur, drachmam communẽ non habere Keratia decem & octo vt Dioscorides, Paulus, ignotus Græcus, Serapio & Auicenna testantur, sed duodecim tantum. Keratia enim decem & octo producerent, grana centum & octo, sesquidrachmam prçcisè. Quod quum sit euidentissimè falsum, dicendum videtur, Keratium granorum quatuor pondus esse: chalcum eius dimidium, duorum: oboli partem sextam Hinc apparet Plinij textum lib. 21. cap. vlt. videri mendosum, vbi dicitur, obolum habere chalcos decem, cùm sex habeat tantum. Obolus enim vt diximus grana duodecim non amplius pendet, cuius pars tertia est Keratium, id est grana quatuor, duos retinentes chalcos. Quamuis Dardanus dixerit obolum non distare à scrupulo, nisi nomine, quod medicorum dictis & vero nõ quadrat. Quare chalcus granorum duorum pondus erit, cui sententiæ Græcus Dioscoridis textus cap. De elatertio consonat, ἡ δὲ τελεία πόσις ὀβολός: ἡ δὲ ἐλαχίστη ἡμιοβόλιον: παιδίοις δὲ δίχαλκον. ist est, eius perfecta potio, obolus: minima, medius obolus: pueris dichalcos, plus enim periculum affert. Dicalchos videtur pondus minus

ſemiobolo, nec aliud eſſe poteſt, quam Kera-
tium aut ſiliqua, quod idem eſt, granorum qua-
tuor ſcilicet pondus. Illum Dioſcoridis tex-
tum referens Serapio de elaterio, Doſis eius,
inquit, completa Onoloſſat vnum, id eſt obo-
lus & ad minus medietas eius. Sed pueris non
detur, niſi pondus duorum Keſtuf. Eſt autem
Keſtuf ex concordia Dioſcoridis & Serapio-
nis locis allegatis chalcus. Hali abbas 2. pra-
ſticæ cap. 4. de cucumeris ſylueſtris ſucco,
Hunc ſi propinare vis homini, fac eius ab obo-
lo vno potionem vſque ad vnum & medium,
& minorem tribus chalcis, id eſt, medium obo-
lum: ſed medius obolus eſt, grana ſex quæ di-
uiſa per tria, reddunt duo, ergo chalcus grana
duo. Confirmatur ex concordia Raſis 4 con-
tinentis cap. 1. charta octogeſima tertia, co-
lumna 4. circa principium. De cura aſthma-
tis, cum Paulo iij. Practicæ c. xix. de cura ea-
dem. Medicina inquit Raſis prouocans vomi-
tum. ℞ Synapi ʒ. ſ. nitri Kirat nouem, ſucci
cucumeris agreſtis, Kirat vnum. Paulus, ℞
Synapi ʒ ſ. nitri triobolon, elaterij dichalcon.
Raſis Kirat vnum, Paulus dichalcon, ergo
dichalcon idem, quod Kirat ſiue Keratium: ſed
Kirat, eſt grana quatuor, ergo & dichalcos
totidem: quare Chalcus grana duo. Idem Ra-
ſis continentis 22 capite de cucumere aſinino.
De ſucco eius doſis, inquit, completa obolus
ſed infantibus detur in quantitate danich me-
dij.

dij. Danich autem ex Serapionis ac Principis descriptione pender grana octo, cuius medietas est grana quatuor, quod idem est, quod dichalcos aut Kirat. Igitur Chalcus pondus est primum, minimúmque duo tantum vt diximus pensitans grana. Nec huic sententiæ nostræ repugnat, quod à Campano dici videtur in octauo propositionis commento libri quartidecimi Euclidis, quod chalcus scilicet est vnciæ pars centesima secunda & nonagesima, & consequenter essет granorum trium pondus, non duorum, quod nos asserimus: diuisis enim quingentis sex & septuaginta granis, ex quibus vncia constat per centum, duo & nonaginta tria exeunt, non duo. Aduertendum quod Campani ratio, quæ ab eodem adducitur loco superius allegato, de additione ponderis chalcus, ostendit apertissimè vitiatum fuisse textum suum, scriptumq; centesimam secundam & nonagesimam, vbi scribendum fuerat ducentesimã octauam & octogesimam. Postquam, inquit Campanus, maiores nostri diuisere vnciã in duodecim fractiones, Semunciam, Duellã, Sicillicũ, Sextulam, drachmam, &c. His addidere chalcum: causa additionis fuit, vt vsque ad minimum extremum diatessaron & diapente tonorum, semitoniorumq; interuallis distinctarũ harum fractionum denominatio conscenderet Sed hoc non fieret si non

yltra centesimam secundam & nonagesimam fractionem vnciæ diuisio progrederetur: quoniam vt inquit Boëtius Musicæ lib. 1. cap. 17. diatessaron, (quæ est consonantia vocum quidē quatuor, interuallorū trium,) constat ex tonis quidē duobus, & vno non integro semitonio, & exemplificat in his numeris 192. 216. 243. 256. Si igitur 256. numerus, comparetur numero 192. sesquitertia proportio fiet, ac diatessaron concinnentiam resonabit. In cap. vero sequenti. Rursus diapente consonantia, vocum quidem est quinq;, interuallorū quatuor, trium tonorum & minore semitonio. Ponatur idem numerus 192. & eius sesquialter, qui ad eum diapente faciat consonantiam. Sit igitur numerus 288. Igitur horum & superius deprehensorum 192 ponantur in medio numeri 216. 243. 256. Dudum Diatessaron consonantia, à 192. numeris ad 256. venerat. Nunc vero diapente ab eisdem 192. numeris ad 288. distenditur. Hęc Boëtius. Iraq; diligentius cōsiderantibus nobis apparet quod harum symphoniarum extrema, minima est numerus 288. non 142. Nec te moueat quod numerus 288. maior est numer⁹ 292. rei enim diuisæ partes, quo maiori numero denominātur, eo minores sunt vnciæ: namq; pars ducentesima octo & octogesima longè minor est centesima secunda & nonagesima, quia in proportione subsesquialtera, vt puta duorū ad tria. Minimum ergo extremum dicendum 288.

non 192.

nor 192. quia non est respiciendus numerus si-
gnatiuus fractionis illam denominans, sed fra
ctio signata per numerũ. Si igitur vncię fractio,
non transcenderet centesimã secundam & nona
gesimam fractionem, siue minutiã, non pertin-
geret ad extremum minimum diatessaron &
diapente fractionum Vnciæ denominatio. Re
stè igitur cum Paulo, Dioscoride, Rasi, Se-
rapione, Principe dicendum videtur, Chal-
cum vnciæ partem ducentesimam octauam &
octogesimam: id est, grana duo censendam,
quod & Campani ratio sonare videtur, illam
benè audientibus.

DE TVSSVC VEL TVS-
sugi, vel Kestuf, id est Chalco.

CAPVT VII.

TVssuc vel tussugi, primo continentis, cap.
vi. charta vndecima, columna iij. exponi-
tur Chalcus, quàmuis Simon Genuensis, au-
thore Rhasi, in Diuisionibus de sonitu auris,
exponat, grana duo semis. Sed mendosus vide
tur textus diuisionis, quoniam nono Almanso-
ris, cap. eodem dicitur, De opio dissoluto in o-
leo, immitendum est in aurem quantum duo
grana hordei ponderant. Non igitur videtur
vera expositio in diuisionibus posita, quare di-
cendum, quod tussuc vel tussugi, chalcus, vel

Kestuf, quod idem est, grana duo tantum pendeat. Kestuf chalcus ex concordia Dioscoridis cum Serapione de elaterio, vt in verbo Chalcus.

Dichalcos: granorum quatuor pondus, chalcos duos continens, Kirat similiter Serapione & Principe testibus.

DE KARARIT SEV KIrat granorum iiij pondere.

CAPVT VIII.

Vide etiam quatuor sequentia capita.

KArarit, idem quod Kirat, ex concordia Serapionis ij. practicæ de tinnitu, cum Rhasi continentis iij. cap. eodem. Et confert, inquit Serapio, iterum medicamen hoc ad grauitatem auditus. ℞. ellebori aureum vnum, castorei danichos tres, nitri (& est baurach rubeum) Kararit quatuor. Rasis, vbi supra, hoc est medicamen ad ponderosum auditum: Ellebori albi pondus aurei vnius, castorei scrupulum vnum, nitri danich duo & grana duo. Sed danich duo & grana duo decem & octo congregant grana, quibus æquiualent Kararit quatuor & medium, & similiter Kirat quatuor & medium Ergo Kararit quatuor & medium, idem quod Kirat quatuor & medium, & conse-

quen-

quenter Kararit, idem quod Kirat, quia quæcunq; sunt eadem vni tertio, sunt eadē inter se, primo Euclidis: & est communis animi conceptio.

DE AVTVLO, ALIO EIusdem ponderis nomine.

CAP. IX.

AVtulus idem duod Kirat, vt testatur Princeps, Canone quinto, de ponderibus, descriptione oboli Obolus, inquit, continet danich vnum & medium, aut autulos tres, igitur tantundem est autulus, quantum danich medium, sed illud est grana quatuor, ergo & autulus erit grana quatuor: vel aliter, autuli tres, obolum faciunt, qui duodecim pendet grana sed diuisis duodecim per tria, exeunt quatuor, ergo autulus est grana quatuor, non nouem vt Pandectarius & Simon.

DE ALKILAT, RVRSVS alio eiusdem ponderis nomine.

CAP. X.

ALkilat, ex concordia Rasis ad Almansorem lib iiij. cum Auerrhoē colliget septimo, in descriptione, pulularum contra pestem, est Kirat: vterq; in descriptione earum concor-

dat. De dosi autẽ Rasis pondus duodecim alkilat, Auerrois duodecim Karatorum.

DE SILIQVA, LATINO *eiusdem nomine.*

CAPVT XI.

Silliqua iterum idem quod Kirat, siue autulus, & est vnciæ pars centesima quarta & quadragesima, Campano teste: vel pars quarta & vigesima solidi, id est aurei, teste Isidoro. quod idem est.

Orobus idem ex Dioscoride.

DE KERATIO IDEM SIGNIficante *Græco vocabulo.*

CAPVT XII.

KEratium idem: grana scilicet quatuor, Paulo & ignoto Græco testibus.

DE SEMIOBOLO

CAPVT XIII.

SEmiobolus, dimidius obolus, grana scilicet sex, est autem vnciæ pars sexta & nonagesima quam Campanus & Isidorus ceratem vocant,

vocant, qui si ceratem pro Keratio sumerent, admittendi non videntur.

Cerates dimidius obolus vt supra.

DE DAGVANICH, SIVE *Danich granorum octo pondere.*

CAPVT XIIII.

Vide etiam sequens caput.

DAguanich ex concordia Serapionis (secundo practicæ, cap. vltimo de passione cordis dicta Caffacam) cum Rasi (vij. continentis, charta clvij. col. ij. circa medium) est danich. Danich autem ex Serapione & Prinicpe, granorum octo est pondus. Obolus (inquiunt ambo) est danich & medium, sed obolus (vt in verbo obol* & Autulus exponitur) grana duodecim pendent. Ergo danich octo pendebit.

DE BISSILIQVA, LATINO *eiusdem ponderis nomine.*

CAPVT XV.

BIssiliqua est duplicata siliqua, idem quod danich, & est vnciæ pars secunda & septuagesima Campano teste.

DE PONDE. ET MENSVR.

DE OBOLO, ID EST, GRAnorum xij pondere.

CAP. XVI.

OBolus granorum duodecim pondus, Paulo, Serapioni, Principi, Cãpano, Priſciano, Iſidoro & ignoto Græco, & eſt vnciæ pars octaua & quadrageſima. Vnciam, drachmam, aureum, ſolidum, libram, abſolute prolata communes ſemper intelligo.

DE SEMINET, SEMINEN vel ſeguinem, id eſt, obolo Arabicè dicto.

CAP. XVII.

Lege etiam tria ſequentia capita.

SEminet vel ſeminen & interdum ſeguimen obolus eſt, teſtatur Serapio deſcriptione fabæ Syriacæ. Faba (inquit) Syriaca, eſt quatuor ſeminet, & exponens ſe, addit, & id eſt oboli quatuor. Idemque Serapio & Princeps exponentes fabam Græcam inquiunt, eſt ſeminen duo aut oboli duo. Quod vero apud Principem legitur, ſeminet eſt vnciæ decem & media, videtur mendoſum, quoniam apud Serapionem, quem Princeps ſequitur, de ponderibus nulla de mi-

de minis fit mentio: nisi ignoto Græco adhærentes exponeremus, seminen est pars minæ minoris quintadecima, apud quem mina parua quindecim habet obolos. Est ergo seminet siue obolus pars quitadecima minæ paruæ, non minæ decem & media. Et fortasis hæc fuit Principis mens.

DE CVMVLO VEL ANVnulo, alio Arabico oboli nomine.

CAP. XVIII.

CVmulus aut anulus, vt in antiquis exemplaribus Principis ca. de laserpitio, ex cõcordia eiusdem cum Dioscoride & Serapione est obolus: τετραχοῦς τοῦ, ἢ ὀπισθοτονικοῦς ὀβολοῦ ὁλκὴν πιπλάσας, δίδου κατάπινειν: Dioſc. in Græco exemplari, quamuis in Latino legatur: Si excipiatur ex assa pondere holce: Serapio pondere onoloſſat: Princeps amulus vel cumulus, & misceatur cum cera. Propter quod Simon exponens holcam, holcam dicit eam significare drachmam ex Isidoro. Sed ex concordia Auicennæ cum Dioscoride capite de assa, est obolus: sed quoniam in Græco exemplari legitur obolus, non holca, talis expositio non videtur admittenda.

DE PONDE. ET MENSVR.
DE ONOLOSSAT VEL *onoloßich, rurſus alio Arabico oboli nomine.*

CAPVT XIX.

ONolosſat vel Onoloſsich & interdum ô-nolos ex concordia Dioſcoridis, Plinij, Serapionis & Principis & Rhaſis de cucume-re aſinino, eſt obolus. Dixit Dioſcorides de elatrio, τελεία πόσις ὀβολὸς, id eſt perfecta potio obolus. Plinius libro 21.c.1. Modus, portione viriuin à dimidio obolo ad integrum. Serapio doſis eius completa onoloſſat vnum & ad minus eius medietas. Princeps ſimiliter ſcripſit onoloſſat. Rhaſis vero primo continentis capi v. onoloſsich tres, id eſt, danich quatuor & mediũ de agarico datum in poto confert epilepſiæ. Danich autem quatuor & medium ſunt grana ſex & triginta, quæ diuiſa per tria reddunt duodecim, id eſt, obolum, ergo onoloſsich eſt obolus, Serapio quoq; cap. de agarico, confert inquit, punctionibus & humoribus viſcoſis, crudis & illi qui cecidit, cum dantur de eo duo onoloſſat cum vino. Dioſcorides in Græco exemplari: ποιεῖν πρὸς τὰ σφόφας καὶ ὠμότητας, ῥήγματά τε καὶ πλώματα. ὀβολοῖν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον, In Latino, De alto cadentibus vtiliter adhibetur bibitis obolis duobus cum vino. Apparet itaque quod olonoſſat vel onoloſsich obolum ſignificat: & textum

textum Principis cap. eodem de agarico videri mendosum, dicentem dandum de eo Kirat tria, id est, obolum vnum tantũ, non duo vt Serapio scripsit, & Dioscorides. Cap. quoq; de bathecha (melone) Dioscoride authore. Radix eius inquit Serapio, cũ desiccatur, &c. & est sufficiẽs, dosis vsque ad duos onoloſſat. Dioscorides in Græco exemplari, ἀρχίσυσιν ὀβολοὺς β. in Latino dem facere possunt oboli duo. Rasis quoque continentis xxij. cap. eodem & competenter vomet, qui sumet quantitatem trium danich, id est, grana quatuor & viginti qui sunt oboli duo. Ex his arguet aliquis viciatũ videri Principis textum, Canone ij. cap. de absinthio in areola membrorum nutrimenti, quum dicitur. Reducit appetitum, cum sumitur decoctionis eius: aut succi eius quaq; die quantitas triũ onoloſſat, id est, oboli tres: (quia minima esset decoctionis quantitas onoloſſat; i. dest, oboli tres, nam semidrachma tantum.) Quod Serapionis dicta testantur dicentis, Quando bibitur ex aqua eius scilicet absinthij, vel decoctione, quaq; die quantitas trium conos (canos in Serapione) curat illos qui habẽt fastidium. Conos autem cyathum significat, ex concordia Dioscoridis cum Serapione capite eodẽ de absinthio, in Græco exemplari legitur πλῆθος κυάθων τριῶν, in Latino, & datum ad bibendum cyathis duobus vel tribus fastidium tollit. Ex concordia quoq; eorundem de cyclamine, vbi enim à Serapio-

ne conos, à Dioscoride cyathus scribitur, in Græco exemplari κυάθων: in Latino, semen eius drachmis duabus cum vini cyatis duobus bibitum per dies quadraginta, per vrinam ventrẽ tumentem attenuat. Serapio, authore Dioscoride, cum bibuntur ex semine eius drachmæ cum duobus conos (his canob scribitur apud Serapionem, vt paulò antè canos, pro conos) vini albi, &c. Cyathus autem, est drachmæ duodecim. Quamobrem apud Principem loco superius adducto de absinthio, non onolossat tres, sed cyathi tres scribendum fuisse videtur.

DE VNCIA DENARII

CAPVT XX.

VNcia denarij, quo vocabulo vtitur Celsus, denarij est minutia. Sexta vero eiusdem pars pendens, grana quatuordecim ferè, quia minus duabus grani septimis.

Celsus lib. 5 cap 17. Idem in vncia denarij habeo, quod Græci habent in eo, quem ὀβολὸν appellant. Id ad nostra pondera relatum paulò plus dimidio scrupulo facit.

DE SCRVPVLO.

CAP. XXI.

Vide & capita sequentia sex.

Scru-

SCrupulus multiplex est: communis, Nicolai, Venetus & Atticus.

Communis, granorum quatuor & viginti est pondus, drachmæ communis pars tertia, aurei quarta, vnciæ quarta & vigesima, libræ ducentesima octaua & octogesima, testibus Campano, Prisciano, ignoto Græco, Serapione, ac Principe.

Scrupulus Nicolai granorum viginti pondus est, drachmæ similiter suæ pars tertia, sed vnciæ septima & vigesima, libræ trecentesima quarta & vigesima.

Scrupulus Venetus, granorum similiter viginti pondus est, & drachmæ pars tertia, Vnciæ quarta & vigesima, libræq; Venetæ ducentesima octaua & octogesima.

Atticus vero scrupulus decem & nouem ferè pendet grana.

DE GVANCHO, ID EST, SCRVpulo apud Arabes dicto.

CAP. XXII.

GVanchus ex concordia Serapionis de simplicibus, & Rasis xxij. Continentis de semine nasturtij, authore Galeno, videtur scrupulus, quando de eo, inquit Serapio sumuntur in potu duo Guanchi, expellit choleram per vomitum & fluxum ventris. Rasis, scrupuli duo sumpti ex eo prouocant vomitum, & purgant cho-

leram. Auicenna, Et quando bibitur ex eo ecſu neſſi, (hecſuneſi, in cuius margine, pondus ach ſunatafi) facit vomere choleram rubeam & educit eam ſolutione Et faciunt illud, tres quartæ drachmæ vnius. Quartæ autem tres drachmæ vnius, ſunt grana quatuor & quinquaginta quæ obolo medio excedunt ſcrupulos duos. Quare vt quod dicitur à Principe, quadret Serapioni & Raſi, ita videtur intelligendum, quod quartæ duæ & tertiæ duæ vnius drachmæ, id eſt ſcrupuli duo de ſemine naſturtij bibiti, cum acſuneſſi, id eſt, oxybapho, potionis alicuius, ſupple, faciunt vomere, &c. oxybaphus autem aquæ vel vini drachmas habet viginti ponderе, duas ſcilicet vncias & ſemis.

DE GORMIA, ALIO BARBARICO *ſcrupuli nomine, & à Græco gramma, corrupto.*

CAP. XXIII.

GOrmia ſcrupulus eſt, ex concordia Pauli practicæ ſeptimo, cum Auicenna Canone quinto de ponderibus, tam parui, quam magni myſtri deſcriptionibus. Myſtrum magnum, inquit Princeps, habet olei vncias tres, vini, vel aquæ vncias tres, & gormiæ octo. Paulus vncias tres olei, vini vel aquæ vncias tres, ſcrupulos octo. Myſtrum vero paruum, inquit Princeps, eſt darchimię ſex olei, vini, vel aquæ gor

miæ

miæ viginti. Paulus myſtrum paruum drachmæ ſex olei, vini, vel aquæ ſcrupuli viginti. Arabes ſtudentes imitari Græcos pro gramma, gormia, pro drachmi, darchimi, aut darchimiæ & interdum darchimet ſcripſerunt, non potentes enim proferre dra, ſyllabam, literarum tranſpoſitione dar proferunt ſicut de Ianuenſibus dicitur.

DE GRAMMATE GRAECO EIUSDEM VOCABULO.

CAP. XXIIII.

GRamma Græcè, ſcrupulus eſt, Paulo teſte, Priſciano, Ignotoq; Græco. Semioboli duplus eſt obolus, quem pondere duplo Gramma vocant, ſcrupulum noſtri dixere priores. Hæc Priſcianus.

DE HARME, RVRSVS ALIO ſcrupuli Arabico nomine, à Græco nimirum gramma corrupto.

CAP. XXV.

HArme quoque ſcrupulus eſt. Harme (inquit Serapio) eſt quarta pars drachmæ, aut danich duo, autuli duo. Sed danich duo & autuli duo, ſunt grana quatuor & viginti, id eſt, ſcrupulus, qui eſt pars quarta aurei, non drachmæ. Ideo ſubiunxit Serapio, quaſi ſeipſum

corrigens in descriptione alia aurei, quæ litera videtur melior. Ille loco eodem paulò inferius septimo scilicet practicæ de ponderibus. Seminen est pondus harmen mediæ, sed seminē est obolus vt diximus grana duodecim pendens. Ergo harme cuius medietas est seminet vel seminen grana quatuor & vgiinti pendet, & est scrupulus.

DE KERMET, ALIO RVRSVS *barbaro seu corrupto scrupuli nomine.*

CAP. XXVI.

KErmet item scrupulus est, ex concordia Serapionis & Principis ca. de colocynthide: Dosis eius (inquit Princeps) sit duo Kermet, & exponens se dixit, id est, Kirat duodecim, sed Kirat duodecim sunt grana octo & quadraginta, scrupuli scilicet duo. Serapio cap. eodem: cum accipiuntur ex ea onolossat quatuor & conficiuntur, &c Onolossat autem, vt prius ostensum est, obolus est, constans ex granis duodecim. Igitur onolossat quatuor, & Kermet duo idem erunt. Sed onolossat quatuor, sunt scrupuli duo, ergo & Kermet duo erunt, scrupuli duo: quia quæcunque sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se. Euclidis primo confirmatur. Princeps ij. Canone, capite de polydodio, & potio

eius

sit sex Kermet. Kermet enim est sex Kirat, imò sit vsque ad drachmas duas: Item ex concordia eiusdem cum Plinio cap. de elleboro, Et potio eius, inquit Princeps, sit tres Kermet, Plinius vero libro xxv. cap. v. Datur ad leniter molliendum aluum plurimum drachma, sed drachma tribus constat scrupulis, ergo Kermet scrupulos tres important. Septimo quoque breuiarij Serapionis. c. xij. de elleboro, oportet inquit, vt detur aureus vnus. Exponendus drachma, quoniam apud Arabes loco drachmæ aureus frequenter scribitur, vt abunde satis superius diximus.

DE FABA GRAECA SCRVPVlum appendente.

CAP XXVII.

FAba Græca scrupulus: est enim (vt inquit Serapio Practicæ septimo) semines duo, id est, oboli duo.

DE TREMISSE PONDEre granorum 30. vel. 32.

CAP XXVIII.

TRemissis, aurei pars est tertia, vnciæ octaua decima, grana scilicet duo & triginta observatione communi. Verum apud Nicolaum triginta tantum, apud Venetos autem sex & viginti cum duabus tertijs.

DE PONDE. ET MENSVR.

DE FABA ALEXANDRINA *drachmæ dimidium pendente.*

CAP. XXIX.

Vide etiam sequentia sex capita.

FAba Alexandrina, ex Serapione drachmæ medietas.

DE KEMERASI (ID EST FABA) *Alexandrina rursus.*

CAP. XXX.

KEmerasis Alexandrina ex eodem idem quod faba.

DE FABA AEGYPTIA PRO *eodem pondere.*

CAP. XXXI.

FAba Aegyptia, videtur idem quod Alexandrina, quoniam Alexandrina Aegypti ciuitas est. Quamuis in his, quę testatur Princeps, ex Serapionis breuiario desumpta, scripserit: faba Aegyptia, oboli (suminet, Auicenna) quatuor: qui sunt paulò plus dimidia drachma. Verumtamen de faba sub nomine Aegyptia, non videtur scripsisse Serapio, sed de faba Syra, quod est seminet quatuor. Quare apud Principem faba Syra, non Aegyptia, legendum fortè videtur, est oboli quatuor. Et tunc nulla erit ambiguitas.

ambiguitas, nec inter Serapionem & Principē dissonantia. Apud Dioscoridem legitur faba Aegyptia obolus cum dimidio, videtur autem legendum scrupulus cum dimidio.

DE BALANO, ID EST, *drachma dimidia.*

CAP. XXXII.

BAlanus ex Dioscoride drachma media.

DE BACHILEON ARABICO *eiusdem ponderis nomine.*

CAP. XXXIII.

BAchileon Auicennæ fen. 2. tertij libri, de cu Bra paralysis, (*Bakilleon, in textu: in margine bachele.*) Videtur autem similiter drachmæ me dietas ex concordia Pauli tertio practicæ cum Principe loco allegato. Eius quidem potio scilicet opopanacis, inquit Princeps, sit quantitas bachileon. Paulus ad magnitudinem fabæ.

DE LVPINO, SIMILITER PRO *drachma media.*

CAP. XXXIIII.

LVpinus est drachmæ medietas, vt testatur Pauli, Serapionis, & Principis de theriacæ in tusi exhibitione, concordia. Vbi namq; Se-

rapio & Princeps inquiunt, Lupinus: Paulus, detur faba Aegyptia, quæ à Serapione vocatur Alexandrina & ab eodem exponitur feminet tres aut oboli tres, quod est drachmę medietas. Spuentibus quoque sanguinem de recenti, iubet dari Paulus cum oxycrato: ex multo tempore spuentibus, cùm decoctione symphiti, vtrisq; mane & sero quantitas fabæ Aegyptiæ, id est, drachmæ medietas pro vice: ita quod drachma vna in die. Auicenna idem de oxycrato mane & sero vtrisq; ad aureum vnum, id est drachmam: quod ita exponendum videtur, vt cum Paulo Principis textus concordat, à quo sumpsisse videtur Quinto quoq; Breuiarij de Scorpionum punctura, antidotum scripsit Serapio, Detur ex eo, inquiens, quantum est lupinus. Paulus vero Practicæ quinto, detur quantitas fabæ Aegyptiæ. Quare Lupinus & faba Aegyptia nomina synonima sunt, importantia pondus idem drachmæ scilicet dimidium. Confirmat hoc Serapio breuiarij septimo, de probatione theriacæ: detur ei inquit in potu ex theriaca quantitas lupini, & est quantitas media aurei, id est, drachmæ.

DE BACHILA, ID EST, *Faba rursus.*

CAP. XXXV.

BAchila ex concordia Principis prima terrij, de cura apoplexiæ, cùm Paulo iij. practicæ

Eticæ cap eodem, fabam significat. Inquit Paulus, Castore drachma vna, opopanacis ad magnitudinem fabæ in melicrato. Princeps de simplicibus: Castorei drachma vna cum aqua mellis, aut ex oxymellite (etiam mellino) cum bibitur bachila vna. Sic textus videtur diminutus: quia deest opopanacis, de quo bachila bibenda est cum oxymelite, vt Paulus scripsit. Rasis quoq; Continentis 1. cap. 1. charta secunda, columna quarta circa principium. De opopanaco: sed perfecti iunamenti erit, si sumatur quolibet die cum syrupo mellis ad modum fabæ. Et scribuntur hæc de cura apoplexiæ.

DE FABA SYRIACA SCRVpulorum ij. pondere.

CAP. XXXVI.

FAba Syriaca ex Serapione, oboli quatuor, id est scrupuli duo, vt in faba Aegyptia.

DE DRACHMA COMMVNI.

CAP. XXXVII.

Vide etiam capita xi. sequentia.

DRachma communis, grana duo & septua ginta pendens, vnciæ pars est octaua, libræ sexta & nonagesima. Capit autem scrupulos tres, Kirat decemocto, chalcos sex & triginta, obolos sex.

DE PONDE. ET MENSVR.

DE DRACHMA NICOLAI.

CAP. XXXVIII.

DRachma Nicolai & Veneta, grana sexaginta tantum continet, obolos quinq́, Kirat quindecim, & est vnciæ Nicolai pars nona, Venetæ vero octaua: libræ Nicolai centesima octaua: Venetæ sexta & nonagesima.

DE DRACHMA CELSI.

CAP. XXXIX.

DRachma Celsi maior est omnibus: quoniam duo & octoginta continet grana duasq́ grani septimas, & est communis vnciæ pars septima, sicut apud eundem legitur lib 5. cap.17. libræ communis pars quarta & octogesima.

DE DRACHMA ATTICA.

CAP. XL.

ATtica drachma tanquam omnium minima, sex & quinquaginta continet grana cum duabus octauis.

DE NVMO VEL DENARIO *argenteo.*

CAP. XLI.

Numus

NVmus argenteus siue denarius, drachma est ex Plinio.

DE NVMO AVREO DENARIO, stagio, vel hexagio.

CAP. XLII.

Vide etiam caput xlix.

NVmus aureus, siue denarius, vel stagium, aut hexagium obseruatione communi habet scrupulos quatuor communes, drachmam scilicet integram & eius partem tertiam, non dimidiam, vt ignoto Græco imponitur non recte: apud quem legitur: drachma habet Keratia decemocto, Stagium quatuor & viginti: quorum ad decem octo proportio est sesquitertia, non sesquialtera.

DE ATOGOCHILO, ID EST. *drachma secundum Arabes.*

CAP. XLIII.

ATogochilos ex concordia Dioscoridis & Serapionis de modo dealbandi lithargyrum drachmam significat. In vnaquaque Omi- nos (id est, mina) lithargyri, scripsit Serapio, ponito quinque atogochilos salis exminera. Dioscorides in Græco exemplari, τῆ μνᾶ τῆς λιθαργύρε ἀλῶν ὀβολοῦ ϛ, id est, lithargyri minam

salis ex minera drachmas quinq; , quare ominos, minam: atogochilos, drachmã importabit.

DE HOLCA GRAECO VOCABULO *drachmam significante.*

CAP. XLIIII.

HOlca idem quod drachma, Keratia decem octo continens ex Paulo, ignoto Græco & Priſciano. Holca quoq; à drachma nõ re, ſed nomine diſtat, Priſcianus. Quamuis legatur apud Grẹcũ ignotum. Holca duas habet vncias: apud Hermolaum in Plinianis caſtigationibus, holca eſt libra teſte Cleopatra : & apud Titum Liuium, Pauli interpretem, holca eſt ſcrupulus, lib. iij practicæ, cap. xxxvi. & apud Simonem hylca eſt obolus, quæ omnia nõ videntur quadrare veritati.

DE ALCHI NOMINE CORRUPTO *ab holca, id eſt, drachma.*

CAP. XLV.

ALchi apud Serapionem Græcos imitantem, pro ὁλκὰ ſcribitur, quod eſt holca Latine, id eſt drachma. Libro namq; de ſimplicibus cap de pinu Quando, inquit, bibitur ex folio pini pondus alki cum aqua & melle: ὁλκὰ videtur legendum Græcè, vel holca Latine : quoniam

niam apud Dioscoridem, vt testatur Serapio cap. eodem, legitur, ἡμιταλικῆς τῶν φύλλων ὁλκή μία: id est drachma vna. Paulus quoq; ac Ignotus, olki drachmam interpretantur.

DE DARCHIMI VEL DARchimie, id est, drachma.

CAP. XLVI.

DArchimi, vel darchimie, vel darchimet apud Arabes, studentes imitari Græcos, qui δραχμὴν darchmam dicunt, pro drachma frequentissimè legitur, quod ex concordia Serapionis & Principis cum Paulo, quum alibi locis quampluribus, tùm maximè mystri parui descriptione deprehenditur. Mystrum parvum dixere Serapio & Princeps, est darchimie sex, Paulus drachmæ sex: cyathus olei est darchimie duodecim, Paulus drachmæ duodecim. Licet admirari Simonem Ianuensem rerum nostrarum diligentissimum indagatorem, Darchimie, inquit, Arabicè pondus est obolorum sex, obolus est tria Kirat, Kirat est grana quatuor: ergo darchimie pendet Kirat decem octo id est grana duo & septuaginta secundum Ioannem Serapionem. Idemq; inquit Simon, dicit quod darchimie est aureus ex Serapionis verbis. Duo facile Simõ poterat intelligere: primũ apud Arabes darchimie drachmam significare:

secundum apud eosdem pro drachma aureum frequenter vsurpari, nec scribendum fuerat darchimie drachmam & seminet esse & similiter auellanam in aurei expositione, quum darchimie ad duo & septuaginta grana tantum conscendat, nec vltra extendatur, vt ex obolorum Kirat & granorum computatione conuincitur, ita vt pacto nullo possit aureus esse non Nicolai, qui ad nonaginta grana tantum, multoq; minus communis qui ad sex & nonaginta progreditur. Itaque dicendum videtur quod darchimi, vel darchimie, quãuis verè sit drachma, à Serapione tamen vocari aureum, Arabum more vsitato, nomina hæc aureum scilicet & drachmam sæpissimè confundentium, & vice drachmæ scribentium aureum non raro, sicuti superius tractatus huius secundi, cap. 4. abunde satis ostendimus & ex Rasi 22. continentis cap. de scammonea apertissimè docemus: sumpta, inquit, scammonea pondere aurei medij, aut danich quatuor & medij cum sirupo mellis, &c. sed danich quatuor & medium sunt grana sex & triginta, id est, drachma media, ergo aureum loco drachmæ posuisse videtur Rasis.

DE OLOGINAT ALIO BARbarico drachmæ nomine.

CAP. XLVII.

Ologinat

OLoginat apud Serapionem de simplicibus cap. de Esula, authore Dioscoride, quam pityusam appellat. Eius autem interpretatio est drachmia, non obolus vt scripsit interpres: folia (inquit Serapio) laxant si accipiatur de eis tres ologinat. Dioscorides, τῶν δὲ φύλλων ὁλκαὶ γ. id est, foliorum autem drachmæ tres. Interpres: Omnia facere possunt folia eius tribus obolis accepta. Ego Dioscoridi magis adhæreo quàm interpreti. Quoniam Dioscorides de lacte esulæ, tanquam potentiori, iubet dari cochlearium, id est drachmam mediam: de fructu integram: de radice duas: de foliis, tanquam de bilioribus tres. Nec obstat quod à Simone adducitur in expositione holcæ, quod obolum significat ex concordia Dioscoridis & Auicennę cap. Lassar: quoniam in Dioscoridis Græco exemplari legitur pondus oboli, non olcæ, vt apud interpretem.

DE NABACH SIMILITER APpendente drachmiam.

CAP. XLVIII.

NAbach ex concordia Principis prima iiij. de cura quartanæ, cum Rasi ad Almansorem lib. decimo, de cura eadem, est auellana siue drachma. Est necessarium (inquit Princeps) vt des in potu omni mane quantum est nabach,

de eis quæ sunt sicut mendicamen de assa. Rasis post descriptionem confectionis de assa. Sumatur ex hoc medicamine quantum est auellana, & confirmatur ex Principe canone 5. tract. 1. in fine descriptionis confectionis prædictæ: Dosis eius sit pondus drachmæ vnius.

DE AVELLANA DRACHmæ pondere.

CAP. XLIX.

Vide etiam sequens caput.

AVellana drachmam significat. Auellana (inquit Princeps) est drachma vna. Quod & Galenus sentire videtur de theriacæ commoditatibus libello: mensura, inquit, theriacæ aliâs alia vtens benè facies, aliâs autem fabæ Aegyptiæ magnitudinem cùm aqua assumens, quando per acutum fuerit futurum tempus vel spacium ad digestionem. Aliâs autem auellanę magnitudinem, sic faciens, bibe quando plus ad digestionem tempus habes. Et ita (per) fabam Aegypriam, drachmam mediam Galenus fortè intelligit: (per) auellanam, integram (drachmam.)

DE BONDACATE, ID EST, RVRsus de auellana Arabice dicta, quasi Pontica nuce.

CAP.

CAPVT L.

BOndacate ex concordia Principis, prima tertij, de cura apoplexiæ: & Rasis primo continentis cap. primo, charta ij. columna iij. circa principium: similiter de cura apoplexiæ autore Aaron, à quo & Princeps accepisse videtur, est auellana. Vbi enim Princeps Bondacate, (aliâs, bondacha) Rasis auellanã scripsit, Dandum quantitatem bondacate vnius ex theriaca aut mithridacio: Serapio vero loco consimili aureum theriacæ dari iussit, qui per drachmam exponendus videtur, ex vsitato more Arabum, aureum loco drachmæ frequenter scribentium.

DE AVREIS DIVERSIS: E' QVIbus communis etiam sextula dicitur.

CAPVT LI.

Vide etiam caput XLII.

AVreus multiplex: communis, Nicolai, Venetus & Atticus. Communis qui & sextula (vel sexcla) dicitur, quoniam vnciæ pars est sexta, scrupuli scilicet quatuor. Libræ pars est secunda & septuagesima, grana scilicet sex & nonaginta. Quomã ad grana sex millia nongenta duodecim, qui est numerus granorum communis libræ, si comparentur, secundam &

ſeptuageſimam eorum partem tenent. Aureus Nicolai grana nonaginta: Venetus octoginta: Atticus vero quinque & ſeptuaginta tantum capit. Quorum quilibet ad propriam relatus vnciam, partem ſextam: ad libram, ſecundã & ſeptuageſimam poſsidet. Exagium à pluribus dicitur: ab ignoto Grẽco ſtagium: à quiquſdam ſolidus.

DE SEXTVLA SIVE AVREO *communi rurſus.*

CAP. LII.

SExtula, à quibuſdam vocitata ſexcla, idem eſt quod aureus: ſic dicta quod vnciæ pars ſit ſexta. Vnde & ſextinus aliquando dicitur: non quod in ſex vncias aut obolos diuidatur, vt ſentire videtur Hermolaus, ſed quoniam ſexies multiplicatus vnciam reddat. Quamobrem & obolus dici ſextinus merito poteſt, quoniam drachmæ pars ſexta computetur. Sex enim oboli drachmam integrant, ſicuti & aurei ſex, vnciam, Semiſexcla vel Semiſextula aurei medietas.

DE ALCAVBVLO SIVE AVreo *apud Arabes dicto.*

CAP. LIII.

Alcaubolus



ALcaubolus, ex Serapione, aureus. Quoniam est quatuor & viginti Kirat.

DE SICILICO QVI DRACHmas ij. pendet.

CAP. LIIII.

SIcilicus vncię pars est quarta, drachmæ scili cet duæ, grana centum quatuor & quadraginta, ex Festo, Campano & Priscia no : sic dictus quoniam semunciam secet, vt Festus inquit. Campanus xiiij. Euclidis, in octauæ propositionis commentario, vnciam, inquit, rursus in alias duodecim fractiones maiores nostri diuisere, sed alia via. Nam medietatem vnciæ dixerunt semunciam, tertiã verò duellam, quartam Sicilicum. Priscianus, Drachmam si gemines aderit, quem dicier audes Sicilicum. Est itaque Sicilicus vnciæ pars quarta, non semuncia, vt scripsisse videtur Hermolaus.

DE DVELLA OCTO SCRVpulorum pondere.

CAPVT LV.

DVella vnciæ pars est tertia, aurei scilicet duo, scrupuli octo, grana centum duo & nonaginta, ex Campano.

DE ALCOVANO ARABICO *eiusdem ponderis nomine.*

CAP. LVI.

ALcouanus idem quod duella apud Serapionem. Alcouani tres inquit idem vnciam faciunt.

DE SEXTARIO IN ARABVM *libris, id est statêre vel semuncia: & sacraiati pondere drachmarum 25.*

CAP. LVII.

SExtarius apud Arabes ponderis nomen est idem importans quod apud Græcos ἑξτὰρ, apud nostros stater, semunciam videlicet. Testatur Princeps qui minam Romanam, quæ est vnciarum viginti, dicit esse sextarios quadraginta. Testantur similiter Serapio & Campanus, qui vt scripsit Simon, afferunt minam continere grana ordei vndecim millia, quingenta viginti, & ipsa constituere sextarios quadraginta. Talis autem granorum numerus ad vncias redactus, viginti præcise producit vncias; igitur sextarius est vnciæ medietas apud Arabes vel Arabicus. Vel aliter, ex suppositione,

vndecim

vndecim millia quingenta viginti grana, sex-
tarios quadraginta faciunt: ergo quadragesi-
ma illorũ pars, est Sextarius. Sed pars talis est,
ducenta octo & octoginta grana, quæ vnciam
mediam, vel drachmas quatuor complẽt. Nam
quater duo & septuaginta grana, ex quibus
drachma constat, ducenta, octo & octoginta
producunt. Ergo clarum, apertumq; videtur
sextarium Arabicum vnciæ mediæ pondus
non amplius importare, qui maxime distat à
sextario Italico vel xeste, Græcorum com-
mentarijs frequenter vsitato, cum ea non pon-
dera, sed mensuræ videantur existere, vt infra
Tractatu tertio Deo dante, monstrabimus.
Huic sententiæ consonat Serapio Breuiarij
septimo, & Princeps Canone quinto, Diamar-
tis descriptione. Quorum vterque, ℞, inquit,
zinziberis, costi, & cassiæ ana sextarios tres.
Et istarum medicinarum in descriptione alia,
drachmas duodecim, sed diuisis drachmis duo-
decim per tria, exeunt quatuor. Ergo Sexta-
rius est drachmæ quatuor, confirmatur. Sa-
craiati (vt inquit Simon) est Pondus gra-
norum mille octingentorum hordei: quæ
drachmas quinque & viginti producunt.
Quoniam duo & septuaginta, qui est nume-
rus communis drachmæ, si per quinque & vi-
ginti multiplicentur, mille octingenta concre-
scent. Et idem Sacraiati à Serapione & Prin-
cipe describitur, quod est sextarij sex & quar-

ta. Sed diuisis quinque & viginti drachmis per quatuor, prouenium sex & quarta. Sequitur igitur ex dictis Serapionis & Principis, sextarium esse pondus drachmarum quatuor: Sacraiati verò quinq; & viginti. Nec obstat quod apud Principem legitur. Alsacraiati magna est quatuordecim seminet, ideſt, oboli. Hunc enim textũ mendosum esse, Serapionis dicta Septimo breuiarij, à quo Princeps accepit, apertè demonstrat. Cum enim dixisset Serapio: Nux est quatuordecim seminet, subiunxit: Assabafa parua, est seminen septẽ. Auicenna verò post nucis expositionem, statim subiunxit: Assacraiati magna est quatuordecim seminet, cũ tamen Serapio non alsacraiati, sed assabafa scripserit. Ipse quoque Auicennæ textus, seipsum arguere videtur erroris, quoniã paulò infra inquit Alsacraiati est sextaria sex & quarta. Sed hoc ascendit ad drachmas quinq; & viginti, vt præostendimus, quod est pondus longè maius quã oboli quatuordecim, quoniam in decuplo maius & amplius, vt benè calculanti facilè apparet. Sunt enim seminet quatuor, duæ & tertia pars drachmæ: ad quos drachmæ quinque & viginti. proportionem habent decuplam, super decupartientem quartadecimas, drachmæ enim quinque & viginti in seminet, id est obolos resolutæ, centum quinquaginta producunt obolos, qui quatuordecim decies cõtinent & quartas decimas decem, vel eorum quinque septimas,

ſeptimas, quod idem eſt. Quamuis Dinus in eo qui illi inſcribitur de ponderibus libello videa tur ſcribere & ipſe Sacraiari magnum, eſt ſemi net quatuordecī, id eſt, drachmæ quinq; & gra na ſex & triginta. Quod nō videtur poſſe ſtare, quoniam ſeminet, vt ſuperius expoſuimus, eſt obolus, quia harme medietas, vt Serapio teſta- tur. Si vero ſeminet quatuordecim, drachmas quinque facerent, & grana ſex & triginta, non eſſet ſeminet medietas Harme, id eſt, ſcrupuli, immo excederet ſcrupulum. Si quæ Dino attri buitur, vera eſſet expoſitio, ſeminet contineret grana octo & viginti paulò plus, & conſequen ter non eſſet obolus, nec medietas Harme, id eſt, ſcrupuli: immo excederet ſcrupulū per ſex tam eius partem, grana ſcilicet quatuor, pau- lò plus, quod contradicit Serapioni. Præterea Sacraiati, quod ex Principis ac Serapionis de- ſcriptione, habet ſextarios ſex & quartam, id eſt, drachmas quinque & viginti, maius eſt illo, quod drachmas quinque & mediam tantum: & longè maius, quoniam quinquies paulò mi- nus, ergo non illud, ſed hoc magnum dici mere retur. Quamobrem dicendum videtur ſextari- um Arabicum ſemunciam, Alſacraiati vncias tres & octauam ſignificare, vel ſextaria ſex Arabica & quartam, & in hac ſignificatione vſus eſt libro diuiſionum cap. 1. de Alopecia, dum præcepit potandam ſcamoneæ quartam drachmæ vnius in ſex ſextarijs & quarta lactis

acetosi: ac si diceret, in sacraiati vno lactis: dicendum quoq; assabaffa nucem significare & eam in magnam & paruam diuidi, magnamque quatuordecim, paruam vero septem pendere obolos, vt ex Serapionis dictis elicere quiuis diligentius considerans indubiè potest. Huic sententiæ nostræ ignorus quidam assentiri videtur paruo quodam suo de ponderibus tractatulo. Princeps nucis maioris pondus dari aliquando iubet, quam assabaffam vocat Serapio de nuce: apud ignotum Græcum aliter legitur, vt infra, Deo dante, videbimus.

DE SACROS, ID EST, VNCIA.

CAP. LVIII.

SAcros ex concordia Serapionis cap. de Lyscio, & Rasis continentis xxij. cap. eodem, vnciam significat. Quando bibitur (inquit Serapio) ex fructu eius sacros, laxat phlegma. Rasis, & sumere de fructu eius ad pondus vnciæ vnius, laxat phlegma aquosum.

DE AVGVEN ET ADAR, QVOrum vtrumuis vncia est.

CAP. LIX.

AVguen ex Serapione videtur vncia. Adar etiam apud eundem & Principem exponitur vncia.

De

DE ASSATIS, ID EST, VNCIA.

CAP. LX.

Assatis ex Serapione est vncia.

DE ASSATIL, ID EST, VNCIA.

CAP. LXI.

Assatil ex Principe similiter vncia.

DE LIBRIS DIVERSIS ET *earum diuisione.*

CAP LXII.

LIbra communis vncias habet duodecim, aureos duos & septuaginta, drachmas sex & nonaginta, obolos quinquentos sex & septuaginta: grana sex millia noningenta duodecim. Libra Nicolai vncias similiter duodecim, drachmas centum octo, obolos quingentos quadraginta, grana sex milia quadringenta octoginta. Veneta vncias similiter duodecim, drachmas sex & nonaginta, obolos quadringentos octoginta, grana quinque millia septingenta sexaginta. Attica libra habet & proprias vncias duodecim, drachmasq; sex & nonaginta, obolos autem quadringentos quinquaginta, grana autem quinque millia quadringenta, qui tamen granorum numerus, nouem tantum vncias communes cum tribus octauis perficit, id est, drachmas communes quinq; & septuaginta, vnde Priscianus.

Ter quinq; hanc deniq; drachmis,
Et ter vigenis tradunt explerier illam.

DE LIBRARVM INTER *se proportionibus.*

CAP. LXIII.

LIbrarum inter se proportiones tales existunt: Communis librę ad Nicolai libram proportio est sesquiquinta decima. Ad Venetã sesquiquinta. Ad Atticam sesquitertia super quadripartiens septimas. Nicolai ad Venetam sesquioctaua. Ad Atticam sesquiquinta, Venetæ ad Atticam sesquiquinta decima.

DE LIBRAE PAR*tionibus.*

CAP. LXIIII.

LIbram in multas partiri possumus partes: in medietates, tertias, quartas, sextas, octauas, duodecimas, vigesimas quartas. Et ex his quidem aliquotæ dicuntur partes: quoniam aliquoties sumptæ, libram reddunt ad æquatæ. Libræ nempe medietas, selibra, vel semis dicitur, vnciæ scilicet sex. Pars tertia, triens: quarta, quadrans: sexta, sextans: octaua, sescuncia, vncia scilicet & media: duodecima, vncia quarta & vigesima, semuncia, drachmæ scilicet quatuor,

tuor, ſtater apud noſtros, ϛατὴρ apud Græcos ſextarius Arabib⁹ dictus. In libræ vero partes non aliquotæ, deunx, decunx vel dextans, dodrans, beſsis vel bes, ſeptunx, quincunx. Eſt autem deunx libræ pars illa tota quæ remanet dempta vncia, vnciæ ſcilicet vndecim decunx vel dextans, quod dempto ſextante remanet vnciæ ſcilicet decem: Dodrans, dempto quadrante, relinquitur, vnciç nouem. Beſsis vel beſ quod ſupereſt dempto triente, vnciæ octo. Septunx, remoto quincunce manet. Aduertendũ tamen quod triens, quadrans, ſextans, ex ſe confuſæ tantũ, nõ diſtinctæ quantitatis ſignificationem habent: ſed ab his ad quæ referuntur mutuantur. Quadrãs enim quamuis totius alicuius partem quartam ſemper ſignificet, quanta tamen dearticulatè ſit, apte non explicat, toto nõ precognito, cuius eſt quadrans, à quo vſque adeò diſtincta quadrantis ſignificatio pendet, vt eo variato, & quadrantis ſignificatio neceſſario varietur Nam ſi ad libram reſſecatur quadras, vnciarũ trium pondus erit: ſi ad vnciam, Sicilicus: ſi ad aureum, ſcrupulus: ſi ad drachmam, obolus & ſemis. Idem de triente & ſextante proportionabiliter dicendum. Quorum varium ſignificatum, apud Celſum, Plinium, Haliabbatem, Vitruiumque non raro reprire poſſumus.

DE PONDE. ET MENSVR.

DE ROTVLO, ID EST, *libra.*

CAP. LXV.

ROtulus ex concordia Galeni lib. de Phlebotomia, cap. 8. cum Rasi ij. continentis cap. ij. est libra. Scribit de quodam iuuene Gal. flegminantes oculos habente, ablatè sunt sibi prima ablatione sanguinis ℔. iij. deinde hora nona, &c. Rasis vbi supra & iuueni in lib. flebotomiæ: erat quidam iuuenis cui minui & extraxi quasi tres rotulos & in nona hora. Item ex concordia Serapionis iij. breuiarij, cap. xv. de speciebus vomitus, cum Rasis v. continentis c ij. ℞. inquit Rasis granorum granatorum acetosorum ʒxx. masticis ʒi. coquantur in rotulo vno aquæ vsq; dum perueniet ad medium. Serapio, ℞. granorum granatorum coquantur cum libra aquæ donec remaneat medietas. Similiter eiusdem Rasis xij. continentis cap 1. de scriptione duplici, quod incipit. ℞. staphisagriæ rotulum vnum, &c. cum Aui. xxij. tertij cap. de epithematibus & emplastris ad sciaticam, vbi Rasis rotulum, Aui. libram scripsit.

DE MINA MVLTIPLICI.

CAP. LXVI.

MIna multiplex est: Graia, Attica, Italica, Aegyptia & Romana, Graia Plinio, Paulo,

lo, Prisciano & ignoto Græco, centum drachmas pendet, vncias scilicet duodecim semis. Attica quinque & septuaginta ex Prisciano, quæ & Attica est libra, quamuis apud ignotum Græcum legatur, mina Attica stagia tria, id est, semuncia. Item mina habet vncias nouem. Item mina parua oboli quindecim: in Plinianis castigationibus Hermolai, mina est libra. Mina vero Italica & Aegyptia Paulo, Serapioni & Principi, vncias viginti, quæ apud Serapionem & Principem diuiditur in sextarios quadraginta, libra vero in viginti. Legendum videtur non viginti, sed quatuor & viginti, quoniam productorum inter se & producentium eadem debet esse proportio necessariò, sed vnciarum viginti ad duodecim est superbipartiens tertias, quadraginta ad viginti dupla, ad quatuor vero & viginti similiter superbipartiens tertias: quia, &c. Aduertendum quoque diligenter Minam & eminam non idem esse, vt sentire videtur Simon, imo inter se maximè distare cum altera pondus, altera mensura sit. Emina mensura est congij pars duodecima, sextarij medietas, cyatos sex continens, mistra magna tria, oxybaffos quatuor, de qua cum de mensuris tractantes latius differemus. Mina vero non mensura, sed pondus existens, multiplex est & ipsa, vt in mina diximus. Graia drachmas pendens centum vt Priscianus testatur. Accipe præterea

paruo quam nomine Graij. Minam vocitant, uostrique minam dixere priores, centum ferr hæc drachmas. Plinius similiter libro vigesimo primo cap. vltimo, quam nostri minam vocant pendet drachmas Atticas centum. De emina, cum acetabuli mensura dicitur, significat eminæ quartam, id est, drachmas quindecim. Hic emina, quamuis sit mensura, notificatur per pondus, quod est drachmarum sexaginta, cuius eminæ pars quarta est oxybaffus aut acetabulum.

PATENEO VENETO VENETZIA

DE OMINOS, ID EST, *mina.*

CAP. LXVII.

OMinos ex concordia Dioscoridis & Serapionis de modo dealbandi lithargyrum, minam significat. Pone (inquit Serapio) in vnaquaque ominos lithargyri, quinq; atogochilos salis ex minera. Dioscorides εἶτα μίξας τῇ μνᾷ τῆς λιθαργύρου ἁλῶν ὀρυκτῶν ὀυγγίας ε'. Quare ominos minam, atogochilos drachmam significat.

DE MANES (ALIAS MANEI, *manij*) *id est, mina.*

CAP. LXVIII.

Manes

MAnes vel manei & interdum manij, ex concordia Serapionis de simplicibus cap. de stilla, & Serapionis vij. Breuiarij de modo conficiendi acetum scilliticum, cum Dioscoride, de aceto squillitico, Minam significat: Seruatur (inquit Serapio cap. de squilla) quantitas vnius manes, & proijciantur super eam duodecim Kist aceti. Septimo breuiarij ℞ squillæ minam vnam. Dioscorides, λαβὼν μνᾶν μίαν ἐξ ἄυτῆς καὶ θὶς εἰς ξίστας ὄξυς καλῶ ιβ. Serapio item cap. de mandragora, accipiatur de vino dulci amphora vna, & proijciatur in ea tres manei de radice mandragoræ. Dioscorides in Latino exemplari, conficitur, & vinũ cum cortice radicis eius, vt in vnum amphoram vini, tres minas radicum eius infundas. De lotura quoque squamæris scribens Serapio cap. de ære. ℞. inquit de squama optimè purgata mediam mani. Dioscorides ἡμίμναιον, id est, minam mediam. Stephanus menam.

DE ALHEMION, ID EST, *pondere vnciarum xij. & semis.*

CAP. LXVIII.

ALhemion apud Serapionem Breuiarij septimo de ponderibus, sextaria habet viginti quinq; igitur drachmas centum. Quoni-

am sextarius apud Arabes statera est, siue semuncia quod idẽ est. Quare alheminon est mina Græca drachmas centum pendens, vt Paulus, Plinius, Priscianusque testantur. Corruptus igitur videtur Principis textus cum dicitur: Alhemen est sextarij quinque & drachmæ triginta, & auruli quatuor. Ideoque castigandus videtur, vt quadret Serapioni à quo Princeps accepit, & ipsemet testatur. Alhemen est sextarij quinque & viginti. Alhemen idem quod Alheminon.

LIBER TERTIVS

DE MENSVRIS.

DE MENSVRIS IN *vniuersum.*

CAP. I.

CIRCA medicinales mensuras, (de his enim sermo noster futurus est) præmittendum videtur, quod mensurarum obseruationes crebriore vsu à medicis vsurpatæ, apud Græcos quidem fuere communes & Attica: apud nostros Itala, & Romana: apud Arabes Aegyptia, Syra & Alexandrina de quibus particulariter

lariter ſuis dicemus locis. Hic tamen præ-
monuiſſe placet quod ad omnium menſurarum
notitiam apertiorem, ſpectare viſum eſt, Quod
notificare menſuras duplici poſſumus via, per
menſuras maiores & minores, ſcilicet, aut per
ponderaad menſuras relata Exempli cauſa,
Si quæratur quid ſit cotyla, & reſpondeamus
ſextarij eſt medietas, aut menſura cuius ſexta
pars eſt cyatus, per maiorem & minorem men
ſuram cotylam declarabimus. Per pondus au-
tem, ſi dixerimus, cotylam vncias eſſe nouem
olei: via vero prior certior ſtabiliorq; eſt, nul-
lius mutabilitatis ſuſceptiua, quod de ſecunda
verificari nõ poteſt. Quamuis enim cotyla nul
la, maior aut minor ſit ſextarñ medietate, nec
cyatos plures aut pauciores ſex continere poſ-
ſit, non tamen ſemper erit nouem vnciæ, imo
& decem & eo amplius aliquando reperitur.
Vna enim, eademque menſura, in ſe ſuiſque di-
menſionibus nullatenus immutata rerum men
ſurarum cauſa, pondere non æqualium, variari
quo ad pondus multipliciter poteſt: Cotyla
namque, ſiquidem oleum menſuret, vncias ca-
piet nouem tantum: ſi vinum vel aquam, decẽ
ſi mel, tredecim ſemis. Diuerſorũ certè pondo
rum oleum: vinum vel aquã & mel, vna eadem
que menſurata menſura, ita vt ſit vini vel aquæ
ad oleum proportio ſeſquinona, mellis ad i-
dem ſeſquialtera, ad vinum vero vel aquam ſeſ
ſquitertia paulò plus. Harum proportionum

Paulus Practicæ ſeptimo, ignotus Græcus, & Priſcianus ſuis de ponderibus tractatulis meminere. Serapio & Princeps licet aperte non exprimant, inteligentem tamen exemplis mul tis, ad earum notitiam excitant. At ita eſſe nos experti teſtamur. Variantur item menſuræ in ſe regionum, locorumq; varietate. Atticas nam que ferè omnes, Italiæ atq; communes ſeſqui quinta in proportione ſuperant: Italas vero ac communes ſeſquinona Romanæ, vt ſuis locis, Deo Dante, monſtrabimus. Eſt & alia diſtinctio, cum ſiccis liquida comparantur. Nam ſi ad res ſiccas, puta pulueres, mel ipſum comparaueris, eius ad illos quadrupla naſcetur proportio, & hoc illud eſt, quod Canone quinto Princeps & Breuiarij ſeptimo Serapio his verbis admonẽt. Cochlearium mellis, eſt aurei quatuor medicinarum vnus.

DE COCHLEARI MINIMO, MENSURARUM OMNIUM MINIMA, & VIA COMPOSITIONIS PRIMA.

CAP. II.

COchlear minimum, menſurarum omniũ, menſura eſt minima, & via compoſitionis prima. Via vero reſolutionis vltima, ponderequidem drachmam mediam capiens, quæ myſtri parui communis, pars eſt duodecima: cyathi

cyathi vero quarta & vigesima: Vnde Priscianus cochlear extremum est, scrupuliq; imitabitur instar. Extremum quidem est, quoniam est vltimum, in quod quum mensurarũ diuisio descenderit, non vltra progreditur. Apud medicos imitatur scrupulum: quoniam vt quatuor & viginti scrupuli vnciam, sic quatuor & viginti minima cochlearia, cyathum complent. Cochlearia duo minima simul iuncta, pariunt cochlear paruum: tria magnum: à quibusdam vocatam conchulam: octo maximam apud medicos idoneos. Quadruplex est cochlear, maximum, minimum, magnum, & prauũ, pondere, vt diximus & mensura distincta. Minimũ drachmam mediam: paruum integram, Magnum sesquidrachmam, aut secundum Aetium didrachmam. Maximum semunciam pondere capit. Cochlearia parua sex, mystrum commune paruum faciunt: duodecim cyathum: brialam Cyathus & semis, oxybaphum, acetabulum ac sunesi, acsasse, anesimen, cyathi duo, mistrum cõmune magnum, Pugillum, mestrum muchitrũ: Cyathi tres, cotylam mediam, calicem integrum: Cyathi sex, mistra magna tria, oxybafos quatuor, cotulam integram, fialam integram, corboni, eminam, calices duos. Cotylæ duæ, Xestem, Sextarium, Kist, acsati. Sextarij duo, duruch vel dorach Arabicum. Sextarij sex congium, chus, chaus, choan, iohen: congij quatuor, vrnam. Vrnæ duæ, amphoram Italicm, vo

catam à noſtris Quadrantal, à Græcis Keramion Italicum, ab Arabibus duruch vel dorach Italicum. Vrnæ tres amphoram Atticam, ſiue cadum. Amphoræ Italicæ viginti, culeum faciunt, menſurarum omnium maximam continentem cochlearia minima, ducenta ſex & ſeptuaginta millia quadringenta & octoginta. Hæc de menſuris curſim & quaſi per tranſitum quodammodo ſcripſimus à minoribus orſi, quarum compoſitione maiores concreſcunt. Poſt hæc circa vnam quamque diutius immorantes, maiorum in minores ſectionem faciemus. Vbi ſi quid occultum aut expoſitione dignum viſum fuerit, tentabimus, quantum nobis diuina bonitas tribuerit, explanare, in lucemque deducere, teſtibus adductis fide dignis, Dioſcor. Galeno, Alexandro, Paulo, ignotoque Græco, Principe Aboalij, Serapionibus vtriſque, Raſi, Hallabbate, Plinio, Priſciano, ac Simone nonnunquam Ianuenſi.

DE CVLEO MENSVRARVM maxima.

CAP. III.

CVleus eſt menſurarum maxima, amphoras Italicas viginti capiens, Plinio teſte li. xiiij. & Priſciano de ponderibus & menſuris tractatulo.

De

DE AMPHORA.

CAP. IIII.

AMphora Italica, mensura est pedis quadrati, octo & quadraginta continens sextarios Festo, Prisciano & Paulo, quam nonnulli ex nostris quadrantal Græci Keramion, vt diximus Italicum vocant, Arabes duruch vel dorach Italicum & nonnunquam alduruch vel aldorach Italicum, quod idem est apud illos. Habet autem pondere duas & septuaginta libras olei: vini, vel aquæ octoginta: mellis vero centum octo. Huius dimidium Vrnam dicimus: partem octauam, Congium. Quartam & vigesimam Dorach, vel Duruch Arabicum. Octauam & quadragesimam Sextarium. Sextam & nonagesimam Mystrum magnum commune. Tricentesimam quartam & octogesimam Oxybaphum, vel Acetabulum. Quingentesimã sextam & septuagenam Cyathum. Millenã centenam secundam & quinquagenam Mystrum cõmune paruum. Millenã septiugentenam octauam & vigenam Cochlear maximam. Ter millenam quadringentenam, sextamq; & quinquagenam cochlear magnum. Sexies millenã noningentenam duodenamque Cochlear paruum. Tresdecies millenã octingentenam quartamque & vigenam Cochlear minimum, quod quidem vltimum in diuisione, Drachmam mediam pondere continet.

Attica præterea discenda est amphora nobis,
Seu cadus, hanc facies, nostræ si adieceris vrnã.

Amphora vero Attica has vrnas continet. Amphora Italica duas capit vrnas, Attica vero tres ex Prisciano quæ & cadus & metreta dicitur. Quod autem amphora Italica Keramion Italicum duruch vel dorach Italicum idem sint re, licet nomine differant Græcorum atque Arabum mediçorum cum nostris de mensuris cõcordia, facilè monstrat. Septimo quidem Practicæ Paulus Keramion Italicum, habet choas octo, choa Xestes sex, Xestes autem idem quod sextarius Italicus, vt ostendemus. Octies aũt sex, octo & quadraginta producunt: ergo totidem continet sextarios, apud Græcos Keramion, quod apud nostros amphora, propter quod vnam & eandem mensuram dicendam amphoram & Keramion, soloq; nomine inter se dissimilia. Eodem modo apud Serapionem Breuiarij septimo. Duruch Italicum habet chaus octo, chaus vnum, est sex ascati. Sed acsati idẽ quod sextarius, quare duruch Italicum apud Serapionem octo & quadraginta sextarios habet, & consequenter idem est quod amphora Italica vel Keramion Italicum. Et consimiliter deduci potest dorach Italicum apud Principem eandem esse mensuram, quæ amphora vel Keramion Italicum, aut quadrantal. Aduertendum tamen non temerè dictum dorach Italicum. Dorach enim vel duruch absolutè prolatum, non

amphoram Italicam significat, sed librarum trium pondus tantũ, sicuti canone quinto Princeps & Breuiarij septimo Serapio exposuere, in qua significatione eorum vterq; posuit, cum absinthiacum oleum descripsere. Fundatur inquit Serapio ex oleo sisamino in pixidem dorach vnum, herbæ absinthij vnciæ duæ. Princeps, ℞ olei sisamini daurach vnum, absinthij vncias duas, quamuis in quibusdam exemplaribus corruptè legatur, danich vnum. Hoc autem ex Haliabbatis concordia ostenditur, qui vncias duas ex oleo sisamino sumendas scripsit, id est libras tres & absinthij vncias duas, eiusdem olei descriptionẽ.

DE VRNA ID EST AMPHORA DIMIDIA.

CAP. V.

VRna est medietas amphoræ Italicæ, sed Atticæ pars est tertia: excedit enim Attica amphora, quæ & cadus, vt scripsit Priscianus & metreta dicitur, vt ignotus Græcus. Amphoram nostram, per vrnam vnam hanc facies nostræ (similem) si adieceris vrnam, scripsit Priscianus in verbo amphora.

DE CONGIO.

CAP. VI.

CHus vel congius, amphoræ pars est octaua, sextarios continens sex : cotylas siue heminas duodecim, pondere vero libras habet nouem olei, vini vel aquæ decem, mellis tredecim semis. Hanc mensuram nostri congium Priscíano teste,

Ac cotylas has, si placeat, dixisse licebit,
Heminas geminas recipit sextarius vnus,
Qui quater assumptus, sit Graio nomine choenix:
Adde duos chus, fit vulgò, qui est congius, idem,
A quo sextarij, nomen fecisse priores,
Crediderim, quod eos capiat sex congius vnus.

Græci chus vel choam vocitant testibus Galeno, ignoto Græco ac Dioscoride. Arabes interdum chaus, vt Serapio: interdũ Iohem, vt Princeps. Hoc quod ita sit, eorum de mensurarum expositione concordia monstrat. Choa inquit Paulus, octaua pars Keramij, habet xestes sex: xestes autẽ cotylas duas, erit itaque choa idem quod congius, xestes idem quod sextarius, idemq; iudicium de chaus & iohem, cùm chaus pars octaua sit duruch Italici apud Serapionem: Iohem vero octaua dorach Italici, apud Principem, & eorum vtrumq; acsati sex apud illos obtineat, apparet apud Serapionẽ chaus, apud Principem Iohem, eandem importare mensuram, illam scilicet, quæ à nostris congius à Græcis vel choa dicitur, quæ líbras nouem capit olei, vt diximus, & ex concordia Serapionis ac Dioscoridis cap. de resina, conuincitur,

tur, vbi enim Dioſcorides choam, Serapio nouem ſcripſit libras.

DE MISSOHAOS, ID EST, congij dimidio.

CAP. VII.

MIſſôhaos ex concordia Serapionis & Dioſcoridis, de modo aromatizandi adipem, cap. de pinguedine & adipe, eſt menſura congij medietatem capiens. Et inquit Serapio ollam nouam terream capientem circa libras triginta, & pone in ea adipem, & ſuper hoc vinum miſſôhaos. Dioſcorid. κὴ χοὸς ἥμισυ οἴνου, hoc eſt, cõgium medium: libras ſcilicet quinq; eſt enim choa vini, libræ decem.

DE SEXTARIO.

CAP. VIII.

SExtarius Italicus eſt menſura, quæ congij pars eſt ſexta cotylas aut eminas duas continens, cyathos duodecim. Vnde Priſcianus,

Sextarij cyathus pars eſt quæ eſt vncia libræ.

Sicut enim libra duodecim continet vncias, ita ſextarius duodecim cyathos. Sed ſi emina, vt ſcripſit Simõ, cyathos nouẽ habuerit, cũ ipſa ſit ſextarij medietas, cyathos decẽ octo ſextarius

continebit, quod veritati non videtur quadrare. Habet autẽ sextarius Italicus, pondere olei quidem, vncias decem octo: vini, vel aquæ viginti: mellis septem & viginti. Romanus verò, vt apud Oribasium legitur, & Paulus testatur, olei viginti capit vncias, vini vel aquę duas & viginti paulò plus: mellis triginta. Sextarium Romanum Serapio & Princeps, Kist Romanum vocitant, & sextarium Italicum Kist similiter.

DE SEXTARIO ATTICO.

CAP. IX.

SExtarius Atticus, habet olei vncias quindecim, vini vel aquæ & mellis secundum proportionem superius explicatam huius tractatus, capite primo.

RVRSVS DE SEXTARIO VARIÆ *Simonis Genuensis expositiones.*

CAP. X.

DE sextario licet multa Simon noster dixerit, nihil tamen determinatum dixisse videtur, vnde sciri certè possit, pro qua mensura vel pondere medicorũ commentarijs accipiendus sit. In eminæ namq; expositione, Emina, inquit, dicta est, eo quod sextarij sit medietas,

continet

continet autem cyathos nouem teste Alexandro de lacte dyssentericis dando. Est autem, vt dixit, secundum Isido. mensura liquidorum, apprehendens libram vnam: secundum vero Serapionem & Auic. & Campanũ, qui reduxit ponderа, quæ ponunt hi duo, ad grana, est vndecim millia quingenta & viginti, & ipsa est sextaria quadraginta. Sed emina Romana est vnciarũ viginti. Italica & Aegyptia vnciarum sexdecim Sextarius est vigesima pars libræ. In expositione vero sextarij, Sextarius, inquit, pondus est drachmas sex habẽs & semis, vt apud Auic. in fine de ponderibus. Secundum vero libros antiquorum, est nomen mensuræ, & habet libras duas. Secundum antiquos: & alibi duas & semis: alibi duas & vncias octo: olei libram vnam: mellis tres. Secundum Isodo. sextarius librarum duarum est in fine, Authore Papia. Sextarius est sextula pendens scrupulos quatuor, sic dictus, quod sit sexta pars vnciæ, quod idem est quod aureus. Hæc Simon ex quibus videtur eundem maximè ambiguum fuisse, quid sextarius, quidue emina apud medicos deberet intelligi Nam si sextarius est mensura cuius medietas est emina, & emina libram pendet, vt authore Isodo. scripsit Simon, quo pacto sextarius est pars vigesima, cùm duas ipse capiat libras. Item si vndecim milia quingenta & viginti grana, in quæ resoluitur emina, teste Campano, viginti producunt vncias, quomo-

do emina vnam tantum habebit libram, cùm supra libram duos addat ipse trientes, quia vncias octo. Quo etiam pacto sextarij medietas appellari merito poterit, quæ eodẽ maior esse videatur. Sciendũ sextariũ aliter apud Arabes aliter nostros accipiendũ: apud illos enim ponderis nomen est semunciam denotans, vt in de ponderibus tractatu secundo diximus. Apud nostros mensuram significat, quæ congij pars est sexta, quam Græci xestem, Arabes acsati & Kist vocant, quo vocabulo in hac significatione frequentissime vtuntur: illo autem acsati scilicet perquam rarissimè, quod ego legerim: Septima nanq; quarti de linimentis canitiem prohibentibus, scripsit Princeps, olei omphacini acsat tres. Rasis xxv. continentis olei omphacini rotulos quatuor descriptione eadem videtur legendum quatuor semis, acsat enim tres id est sextarij olei vncias quatuor & quinquaginta capiunt. Rotuli vero quatuor, octo & quadraginta tantum. In descriptione quoq; confectionis anacardinæ, canone V. acsati legitur tria, quamuis in quibusdam exemplaribus corruptè legatur ascleti. Serap. vero acsei scripsit, Haliabbas cades tres, & exposuit cadum continere vncias decem octo. Rarissimè itaque legimus acsati, frequentissime vero Kist. Canone secundo de cucumere asinino in membrorum nutrimenti areola. Quando decoquitur radicis eius libra media cùm duobus Kist

vini

vini ſcripſit Princeps, Serapio ſimiliter de ſimplicibus cap. eodem: accipiatur de radice eius libra media, & teratur cum duobus Kiſt vini. Dioſcorides in Græco exemplari τῆς ῥίζης λαβόντα ἡμίλιξον, μετὰ δυοῖν ξεστῶν οἴνου μάλιστα λιβανῷ λεαίνειν: in Latino ſelibra radicis eius, in vini xeſtis bullita duabus. Ecce quod Dioſcorides xeſtem, Arabes Kiſt vocauere. Corruptus vero videtur qui ſequitur, tàm Serapionis quàm Principis textus locis allegatis, ſcilicet & dentur omni die tres onoloſſat in potu de decoctione eius radicis, quoniam minima eſſet potionis quantitas tres onoloſſat, quia drachma media tantum, cùm onoloſſat obolum ſignificet, ſex autem oboli faciunt drachmam, vt præoſtendimus tractatus ſecundi cap. 1 & cap. obolus. Dioſcorides etiam vbi ſupra non obolos tres, ſed cyathos tres dari de decoctione iuſſit, in exemplari Græco, δίδοναι ἐπὶ τούτου κυάθους γ'. Cyathi autem tres ſemicotylam faciunt, vncias ſcilicet quatuor & ſemis. Selibra radicis eius inquit Dioſcorides in Latino, xeſtis bullita duabus trita & accepta cyathis tribus per triduũ, hydropicis humores ventris ſpargit. Confirmat hoc Raſis continent. xxiij. cap. dicens de cucumere ſimiliter aſinino, qui decoctionis antedictæ vncias quatuor ſemis dandas ſcripſit. Itaque apud Serapionem & Principem

castiganda est litera, vt non onolossat tres, sed cyathi tres scribantur. Quoniam verò hæc quasi digredientes diximus, redeamus vnde digressi sumus, vt ostendamus apud Arabes Kist frequentissimè scribi, pro eo quod nos sextarium, Græci xestem scribunt. Quartadecima tertij, tractatu quarto, de cura asclitis, in medicina de squilla, quam à Paulo ad literã Princeps accepit. Decoquantur, inquit, squillæ libræ duæ in Kist vini tribus. Paulus Practicæ tertio, cap xlviij. cura eadem: & hoc inquit est valdè bonum interioris squillæ libræ duæ in vini austeri xestis tribus. Item xxij. tertij, tractatu ij. De epithematibus & emplastris ad sciaticam, ℞ picis humidæ, &c. & paulò post staphisagriæ Kist vnum est & cotile duæ inquit Princeps. Galenus quoque vij. miemir descriptione diacodion secundum mentem propriam: mihi autem inquit experientiam habenti de prædictis cõstructionibus, visa est esse melior illa, in qua pro quolibet xeste vno aquæ, ponuntur codiæ decem, sicut scripsit Criton, Alexander: Galeni verba quasi ad literam referens, mitte, inquit, in sextario vno aquæ, papaueris capita decem. Auic. canone v. cap. vi. in syrupi de papauere descriptione, oportet inquit vt accipiantur centum papauera viridia vel media. Deinde proijciantur super ea Kist decem aquæ pluuialis. Galenus xestem, Alexander sextarium, Auic. Kist scripserunt. Paulus

lius quoque vij. practicæ descriptióne diaco-
dion. Item libro 4. de neruorum vulneribus
anethi xestem vnam, picis libram vnam, oppo-
panacis vncias tres ; quam eandem scribens
Auic. vi. quarti de cura morsus à cane rabido,
Kist vnum. Serapio Practicæ vi. similiter de
cane rabido, aceti libra vna & media. Item vij.
Practicæ descriptione theriacæ, vini acuti Kist
duo & sunt libræ tres. Ex his euidenter appa-
ret, verum videri mensuram illam, quæ à Ga-
leno, Paulo, Dioscoride & Alexandro vocatur
xestes vel sextarius, apud Principem Kist ap-
pellatam. Apparet etiam Kist non esse mensu-
ram illam quæ hordei vncias capiat decem &
octo, vini vel aquæ septuaginta, mellis centum
octo, quod apud Principem in pluribus exem-
plaribus corruptè legitur. Hoc etiam non omit-
tendum videtur, quod apud Haliabbatem Pra-
cticæ decimo theriacę descriptione, vbi Paulus
xestem, Serapio & Princeps Kist, Stephanus
cadum semper scripsit, vocabuli proprietatem
minime seruans : quoniã cadus non sextarium
vnum tantum, sed duos & septuaginta capit:
est enim Attica amphora, vt Priscianus: vel me
treta, vt ignotus Græcus vrnarum trium capax
mensura, quod & Plin. sentire videtur lib. xiiij.
de Cæsaris liberalitate, quem triumphi sui cœ-
na vini Phalerni amphoras centum, Chij cados
centum distribuisse testatur. Idem scribitur à
Ianuense Papia authore. Abusus itaq; vocabulo

videtur Stephanus, qui xestis vel sextarij loco cadum scripsit. Decimo quoque practicæ, olei nardini descriptione, olei sissami cados quinque, & est in cado libra & media. Quod peccati genus Auicennæ quoque interpres xx. iij. cap xxij frequenter & alijs aliquando locis incurrisse deprehenditur. Ex quibus omnibus colligimus, xestem sextarium Kist, acsat, vel acsati nomina esse synonima, mensuram importantia quæ sexta congij pars est, si Kist Italicum, aut sextarium Italicum intelligamus, non autem Atticum aut Romanum.

DE COTYLA ID EST SEXtarij dimidio.

CAP. XI.

COtyla congij quidem pars est duodecima, sextarij medietas, mistra magna tria, oxibaphos quatuor, cyathos vero sex capiens, pondere autem, olei vncias nouem, vini vel aquæ decem, mellis tredecim semis, quam Græci κοτύλιν, τρύβλιον, & τροβλίον: Arabes corboni, cotylum, & interdum cotylam. Nostri eminam, Stephanus autem sæpe menam appellant. Simon tamen exponit eam, authore Galeno, vncias nouem, id est duas & septuaginta drachmas: authore vero Isidoro, drachmas

chmas sexaginta tantum, quorum vtrumque verum est, secundum diuersas tamen obseruationes. Quoniam Galenus communes, Isidorus Atticos sequitur, quorum mensurę ad communes relatæ minores sunt subsesquiquinta in proportione, vt sexaginta ad duos & septuaginta. Nec hoc à vero dissentire videtur, his qui communium mensurarum ad Atticas habitudinem norunt. Quod autem ab ignoto Græco videtur dici, cotyla, est oxibaphi duo, nõ putamus verum, quoniam contradicit Paulo, Serapioni, Principi, Prisciano, & postremo ipsimet dicenti cotyla, habet vncias nouem, quare videtur illud non ignoti Græci dictum, sed superadditum, aut scriptoris vitio deprauatum.

DE CHOENICE.

CAP. XII.

CHœnix ex Dioscoride cotylę tres: ex ignoto Græco & Prisciano octo sextarij, liceat quatuor Italici.

DE CHINICA, ID *est chœnice.*

CAP. XIII.

CHinica ex Dioscoride idem.

DE PONDE. ET MENSVR.

DE HEMINA SEV *Cotyla.*

CAP. XIIII.

HEmina, idem quod Cotyla Prisciano teste.

At Cotylas quas si placeat dixisse licebit.
Eminas geminas recipit sextarius vnus.

Habet autem emina, vt in cotyla diximus, cyathos sex, non nouem, vt scripsit Simon. Cùm enim sextarius cyathos duodecim tantum contineat, nõ poterit eius medietas nouem continere. Quoniam si sic, decem & octo cyathos, sextarius contineret, & tunc cyathus esset pars sextarij decima octaua, non duodecima, sicuti Priscianus testatur,

Sextarij cyathus pars est quæ est vncia libræ.

Quod si concederetur, cùm cyathus sit vnciam & mediam capiens mensura, tunc sextarius decemocto continens cyathos, libras duas cum quadrante caperet: olei vncias septem scilicet & viginti, & consequenter amphora, quæ teste Paulo, Festo, Prisciano, Principe ac Serapione octo & quadraginta capit sextarios, duas scilicet & septuaginta libras: olei tantum centũ & octo contineret, mellis vero centum duas & sexaginta, quod authoribus antedictis omnibus contradicere videtur. Non igitur videtur concedendum, quod emina cyathos nouem capiat, multoq; minus, quod vncias viginti, aut

grana

grana vndecim millia quingenta viginti, quod idem est. Hoc enim dato, cùm emina sit sextarij medietas, tunc pars æquaretur toti, imò maior esset emina scilicet sextario. Quoniam sextarius est vnciæ decem octo, vt in verbo sextarius Italicus. Castiganda videtur igitur Simonis expositio, vt dicatur, Emina est sextarij medietas, cyathorum sex mensura. Vbi autem dicitur, quæ emina Romana est vnciæ viginti, aut grana vndecim millia quingenta viginti, prima abrasa litera mina Romana non emina legendum videtur, vt dicatur mina Romana vncias viginti pendet, aut grana vndecim millia quingenta viginti, & tunc inter Simonem & authores antedictos nulla de hoc erit controuersia. Et forte taliter scripsit Simon, sed scriptorum negligentia fuit deprauatum. Ad Alexandrum verò de lacte dysentericis dando, quem Simon adducit, vt ostendat eminam nouem cyathorũ esse mensuram, tentemus, &c. vt tota impleatur emina Sciendum quod liquidorum mensurabilium apud medicos leuissimum est oleum, grauissimum mel, vt tractatus huius cap. primo diximus, mellis ad oleum proportio est sesquialtera, emina namq; olei vncias nouem pendet, mellis tredecim cùm dimidia. Cyathus autem pendet vnciam vnam & semis. In emina igitur, olei sunt cyathi sex, quo ad mensurã & quo ad pondus: Quoniam mensuras sex, vocatas cyathos, recipit emin[illegible] olei, quorum quælibet vn-

ciam & mediam pendet. Sexies autem vncia vna & media ſumpta nouem producit vncias: In emina vero mellis ſunt item quo ad menſuram, cyathi ſex ſolùm non plures: Quo ad pondus vero plures quam ſex, quia Nouem. Nam ſi diuiduntur vncię tredecim ſemis, per vnciam vnam & mediam, quod eſt pondus cyathi, proueniunt nouẽ Quare in emina mellis, ſunt cyathi nouem, quo ad pondus: licet quo ad menſuram ſex tantum. Quoniam menſuræ ſex appellatæ cyathi cuiuſcunq; liquoris fuerint, illam replent ad ſummum, quam cyathi mellis ſex, quo ad pondus, nõ replerent, quia ſunt quatuor tantum quo ad menſurã vnciæ ſcilicet nouem. Vt ergo tota impleatur emina cyathis nouem, quo ad pondus, ſex autem menſura indigebit. Ad quod reſpiciens Alexander, inquit, tentemus igitur lac dare quantũ capere poſſunt tres cyathi Poſt duas horas alterum tantum aliquibus & tertio damus, vt integra impleatur emina, pondere ſcilicet, quæ nouẽ conſtat cyathis. Cyathi enim ſex pondere, id eſt vnciæ nouem non replerent eminam integram ponderalem totam, cum illa vncias tredecim ſemis capiat, addendi erant iterũ cyathi tres pondere, id eſt vnciæ quatuor ſemis, & hoc voluit Alexander, vt ſentio. Non ergo dicendum, quod emina cyathos nouem contineat, id eſt menſuras appellatas cyathos, quos ſextarij Italici partes duodecimas authores exponunt.

DE

DE RHIELATI, ID EST, MENsura cotylæ mediæ, vt videtur.

CAPVT XV.

RHielati apud Principem canone V in descriptione vnguenti diachylon, videtur cotylæ medietas, vocata calyx, id est vnciæ quatuor semis : cui concordat ignorus quidam, quamuis Mundinus exponat vncias quatuor tantum. Ex Paulo tamen Practicæ septimo ex antidotario, ac ex Rasi ad Almansorem vij. de scrophularum cura, videtur posse elici quod diximus. Similiter ex Serapione vij Practicæ, & Principe quinto canone, descriptione electuarij, quod stat loco Alcanzi.

DE FIALA, ID EST, COTYLA.

CAPVT XVI.

FIala ex concordia Rasis, iiij. continentis, charta lxxxiij. columna prima descriptione secunda pillar. ad astma cum Auicena xiij. de cura asthmatis, cotylam significat. Post horam scripsit Rasis derur in potu, post eas cotyla media Et confirmatur idem ex cõcordia eiusdem Rasis iiij. continentis charta, cap. 1. columna iij. circa principium, cum Galeno V. de interioribus. Rasis enim exponit fialam vnciarum nouem, mensuram pleuretici reiiciunt quaq; die

sex vel septem fialas, sed fiala est nouem vnciarum. Galenus vero loco allegato: Si quaq; die quantitas saniei quam screant coadunetur, inueniet illam sex aut octo cotylas. Castigandus vero videtur textus Rasis in prædictarum pilularum descriptione loco prędicto, vbi fialam mediam, exponit vncias nouem, quoniam contradicit dictis suis superioribus & Galeno, & scribendũ videtur, vnciæ quatuor semis, id est cotyla media. Similiter & principis litera corrigenda, vbi post descriptionem pilularum superius immediatè descriptarum dicitur. Rę pulpæ coloquintidis danich duo, semuis vrticæ, &c. Deinde potentur drachmæ duæ aut tres aquæ mellis. Quoniam loco superius adducto scribuntur à Rasi non drachmæ duæ aut tres. Et videtur textus Rasis melior. Quare inferri merito potest, fialam & cotylam vnam & eandem esse mensuram: quamuis apud ignotum quendam legatur, fiala est sexta pars sextarij, quod non videtur verum, quia tunc esset cyathi duo & non sex.

DE MYSTRO COMMVNI *magno.*

CAP. XVII.

MYstrum cõmune magnũ, cotylæ pars est tertia, sextarij sexta, cyathorum duorũ capax mensura. Habet autẽ pondere, olei quidẽ vncias

vncias iij vini, vel aquę, vncias tres, ſcrupulos 8. mellis vero vncias 4. ſemis, teſtatur hoc Paulus, Serapio, & Princeps. Verum Serapio muchitrum, Princeps meſtrum appellat. Galenus vero interdum pugillum vt expoſuit Gloſſator, decimo de ingenio ſanitatis, de cura marasmi, vbi in exhibitione lactis aſinini, dandum, inquit, prima die lac aſinæ pugillo vno non plus. Et infra, licebit tibi offerenti multitudinẽ lactis augere dimidij pugilli. Cui concordare videtur Ioannes Damaſcanus de lacte phtiſicis dando, & oportet inquit, vt lactis dandi quantitas comparetur virtuti ſuſcipientis, quare incipiendum à quantitate minori, dando de eo circiter vncias tres in prima die. Et in craſtina ad datur item. Mundinus quoque inquit, Pugillus eſt menſura vnciarum trium. Et confirmatur iterum ex Galeno decimo vt ſupra. Qui deniq; ex ira febriunt, bibat aquæ frigidæ cotylas duas, id eſt, pugillos ſex. Duæ autem cotylæ, ſunt vnciæ decem & octo, quæ diuiſæ per ſex, redunt tria. Igitur pugillus videtur vnciæ tres. Quamuis apud Raſin ſexto continentis charta 140 columna ſecunda, circa medium, exponatur pugillus, Keratia ſex, & Keratium eſt grana hordei quatuor, ſecundum quam expoſitionem pugillus eſſet quantitas ſcrupuli vnius, quod non videtur verum. Ex his arguet quis Auicennæ textum poſitum decima tertij tractatu v. de exhibitione lactis aſinini, videri mendoſum Et

mulgeatur inquit, medietas ſacraiati, & eſt quantitas eius, quod potu datur, in die primo. Sacraiati namq; medietas, vt ſuperius oſtendimus eſt ſeſcuncia, id eſt, vncia & ſemis paulò plus. Quoniam Sacraiati ex Principis & Serapionis deſcriptione, eſt ſextarij ſex & quarta, drachmæ ſcilicet quinque & viginti: quare diſſentire videtur à Galeno ſimul & Damaſceno de lactis exhibendi menſura. Quod autem ab ignoto Græco dicitur, quod myſtrum magnũ, eſt cyathi tres, non videtur verum, quia tunc eſſet cotyle medietas, vnciæ ſcilicet quatuor ſemis, non partis eius tertia, vnciæ ſcilicet tres, quod Paulus, Serapio, Princeps & Priſcianus affirmant Quamobrem cogor credere tractatum illum viciatum fuiſſe, multaq; non rectè dicta ignoti, bene dictis fuiſſe ſuperadita.

DE CALYCE, ID EST, *cotylæ dimidio.*

CAP. XVIII.

CAlyx, eſt fialæ ſiue cotylę medietas menſura ſcilicet cyathorum trium pondere, vncias quatuor & ſemis habens, vt teſtatur concordia Raſis iiij continentis, charta lxxxiij columna prima, deſcriptione ſecunda pilularum ad aſthma cum ſeipſo libro eodem, charta lxxxv. columna, 1. circa finem deſcriptione iterum pilularum ad aſthma, quæ ſunt pene eædẽ, cum primis:

primis: cum Aui. x. iij. tractatu primo cap. xl. de cura asthmatis, descriptione pilularum earundem: Rasis post pilulas, charta lxxxiij. descriptas, iussit dari aquam mellis ad fialam mediam: charta vero lxxxv ad modum vnius calycis, Auic. vero cotylam mediam. Idem ergo est per horum concordiam calyx vnus, quod fiala media. Sed fiala media, vel coryla media, est vncia quatuor semis, vt in verbo fiala, igitur calyx est mensura vnciarum quatuor semis. Quare mendosa videtur vtraque expositio in Rasi superaddita tam fialę mediæ, quam calycis vnius, cum vtrumq; exponatur vnciæ nouem. Quare vtrobiq; scribendum videtur, vnciæ quatuor semis, & non nouem, hoc enim dato, pars æquaretur toti, quod est impossibile.

DE PVGILLO, ID EST, *cotylæ triente.*

CAP. XIX.

PVgillus (vt in verbo Mystrum commune magnum) mensura est cotylę pars tertia põdere vnciarum trium capax.

DE OXYBAPHO, ID EST, *sesquicyatho.*

CAP. XX.

OXybaphum ex Principe, Paulo & Serapione, cyathus est cum dimidio, cotilæ

pars quarta. Pondere autem, obſeruatione cõ muni drachmas habet decem & octo: olei, vini, vel aquæ viginti: mellis ſeptem & viginti. Obſeruatione vero Attica, drachmas habet, olei quidem quindecim tantum: vini vel aquæ & mellis ſecundum proportionem ſæpius dictam. Quod vero apud ignotum Græcum legitur: Oxybaphus habet cyathos tres, id eſt, vncias quatuor ſemis, non videtur verum: quod etiam ab eodem dicitur, habet vncias duas & ſtagia duo, ſi diceret & drachmas duas videretur verũ. Hanc menſuram Plinius acetabulum, Serapio & Princeps acſuneffi vocitant. Verum Princeps loco drachmarum decẽ & octo, darchimet ſcripſit decem & octo. Interdum acſuffi legitur, vt apud Serapionem cap. de tithymallo, cuius tamen textus videtur mendoſus, dum dicitur, quando accipitur ex ſemine & folio eius pondus duorum acſuffi, & bibuntur, faciunt idem quod ipſum lac: Et ſimiliter textus Raſis videtur mendoſus, continentis xxiij. cap. eodem cum dicitur: vncia vna & media, videtur legendum ex Dioſcoride, oxybaphi medij quantitas, drachmæ ſcilicet nouem, quem authorem tam Raſis, quam Serapio teſtantur, folia inquit Dioſcorides Latinus multi collecta ſeruant ſemen & folia eius oxybaphi dimidiati menſura, potata virtutem lachrimę ipſius cõplent: in Græco exemplari πλήθος ἡμίσυ ὀξυβάφου πτιζόμενα.

De

DE ANESIMEN VEL ACsasse, id est, oxybapho.

CAP. XXI.

ANesimen apud Principem, Acsasse apud Serapionem, ex concordia vtriusque cum Dioscoride de cuncumere asinino, est oxybaphum. Vbi enim Dioscorides corij rad. eius quarta parte oxybaphi, in Latino exemplari. In Græco τὸ τέταρτον ὀξυβάφον, Serapio quarta acsasse, Auic anesimen scripsit. Nec prætereundum videtur quod Dioscorides & Serapio, ex succo radicis & corio eiusdem simul medicamen compositum faciunt ad hydropicos: Princeps ex vtroq; disiunctim vnũ simplex, vtens disiunctiua, aut, que coniunctiuæ videtur intelligenda aut scilicet pro, &c.

DE KASSVFF, ID EST, oxybapho.

CAP. XXII.

KAssuff ex concordia Serapionis cum Dioscor. & Plinio capit. de psyllio, est oxybaphũ, Ad ramicẽ puerorũ (inquit Serapio) accipiatur de Ptyllio quantitas duorum Kassuff, teratur, & infundatur in duabus cotylis solutis aquæ Dioscorides enterocelicos infantes, & quibus eminet vmbilicus in cataplasmate adhibitum psyllium maximè curat, oxybapho vnotrium & in duobus digitis aquæ infusum,

in Latino. In Græco vero, ὀξυβάφε πλῆθος ἐν δυσὶν ὀ-βολοῖς (Marcellus legit, κοτύλαις) ἡμικοτύλιον. Plin. li. xxv. cap. 19. Acetabuli mensura sextario aquæ densat & contrahit: terrere oportet, &c. Quare videtur legendum in Serapione quantitas Kassuf vnius, non duorum ex concordia Plinij & Dioscoridis. Item capite de Ruta cum sumitur, inquit Serapio, ex semine eius quantitas Kassuff cum vino: Dioscorides, ὅσον ὀξυβάφε τῦ σπέρματος πόσιν δος, in exemplari Græco: & in Latino oxybaphus seminis ipsius bibitur. Capitulo similiter de origano scripsit Serapio, si bibitur ex eo sicco quantitas Kassuf cum aqua & melle, superfluitates melancholicas, & cetera. Dioscor. oxybaphi quantitas ὀξυβάφε πλῆθος, legit. Aliquando Kissuf, vt capite de origano apud Serapionem idem. Ex his, & capitibus duobus superioribus inferri posse videtur, oxybaphum, acetabulum, acsuffi, acsunef anesinen, acsasse, Kasfuf, vel Kisfuf nomina esse synonima, mensuram eandem importantia cotylæ scilicet partem quartam, drachmarum decem octo pondus capientẽ obseruatione communi. Attica vero quindecim tantum.

DE KAFFITIO VEL KASSItio mensura quæ videtur cotyla.

CAP. XXIII.

Kaffiti-

KAffirius vel Kaſsitius ex concordia Principis Canone .v. cum Haliabbate Practicę decimo, & Serapione ſeptimo Breuiarij, deſcriptione Alkanſi, menſura eſt Cypria, & videtur heminam ſiue cotylam ſignificare ℞. inquit Princeps loco ante dicto, granorum myrti caffitium ſemis. Haliabbas, granorum myrti ſemis heminam: & apud quoſdam heminam, de quorum numero Serapio fortè fuit, qui granorum myrti libram vnam ſcripſit, Atticam quidem intelligens libram quinqz & ſeptuaginta conſtantem drachmis, vncijs ſcilicet nouem cũ tribus octauis, quam tribus drachmis tantum maiorem heminam, tractatu ſecundo de ponderibus in libra, oſtendimus. Hæc videtur caffitij ſignificatio, quamuis apud Mundinum & ignoros quoſdam, exponatur menſura vnciarum quindecim, quod rationi conſentaneum non videtur, Quoniam medicina, quam deſcripſit Raſis viij. continentis de colica, charta cxcix. columna ij. infra medium, quam dicit conſtare ex ſtercoris columbini caffitio vno, anethi pugillo vno, & aquæ rotulis duobus decoquendis, donec rotuli medietas remaneat. Si vero vnciarum quindecim menſura caffitius ſit, adeò ſpiſſa redderetur, vt potabilis fieri nullo modo poſſe videatur. Aduertendum Principis textum ſextadecima iij. poſitum, de colica, capite de compoſitione medicinarum ſoluentũ phlegma, videri mendoſum,

cum dicitur Solutiuum aliud forte ℔. caffiri-um vnum fimi columbini, & manipulum vnum anethi, & danich aquæ, daurach videtur legendum, id est. libræ tres. Nec audiẽdus Pandectarius scribens, caffitium appellari, Stercus columbinum, deceptus ex modo scribendi vnitatem Iotam ℩. vtrinq; punctis signatam, non numeri, sed expositionis signum credidit, quod tamen erroris genus, non Pandectario viro doctissimo tribuendum dixerim, sed eorum alicui potius, qui priorum commentaria supplere volentes, ea sæpissimè maculant, & sua multa corruptè dicta, aliorum benedictis sine pudore commiscent.

DE CYATHO, CONOS, COATUS, alcantus, vel almunesi.

CAP XXIIII.

Vide etiam duo sequentia capita.

CYathus mensura, quæ cotylæ, vel heminæ pars est sexta, mystri magni communis dimidia. Pondere obseruatione communi, capiens olei drachmas duodecim: vini, vel aquæ tredecim & scrupulum: mellis vero decem & octo, vt testantur, Paulus, Ignotus Græcus & Princeps. Hanc mensuram Arabes coatum, interdum conos appellant: aliquando almunesi alcanta vel alcantus vel alcoatus.

Dē

DE CVABO, ID EST, *cyatho.*

CAP. XXV.

CVabum ex concordia Rasis v. continentis, char. cxxiij. columna prima supra medium, cum Galeno viij. Miamir, (hoc est, de compositione medicament. secundū locos affect.) authore Archigene, apud vtrumq; est cyathus. Quod si fuerit inflammatio (inquit Rasis) cum interiectione lamentabili absque febre, &c. da in potum quidem ad modum trium cuabij cum aqua frigida bis aut ter. Gal. vbi supra: in alijs vero quæ circa stomachum, molestus his quidem quibus aduritur stomachus cum ex solutione & lipothymia vel inappetibilitate ex quacunque causa præter febrem, cyachos tres vel quatuor aquæ frigidæ da sorbere bis aut ter per interualla.

ATENEO VENETO VENEZIA

DE BRIALA, ID EST, *cyatho.*

CAP. XXVI.

BRiala ex concordia Principis (iij. primi, de regimine aquæ & vini) cum Rasi xxv. continentis, cap. 1. de Canone cibi & potus, est cyathus. Super cibū tamen (inquit Princeps) bria-

las duas aut tres bibere non nocet ei, qui consueuit. Rasis quia in autumno debes potu vti super cibum aut post, in modica quantitate tribus cyathis.

DE COANVSO SEV PVGILlo, cyathorum duorum mensura.

CAP. XXVII.

COanusum septimo decimo continentis, de cura hecticæ, pugillum significat, mensuram cyahorum duorum, ex concordia Rasis & Galeni decimo de ingenio sanitatis circa finem, quẽ Rasis adducit loco superius allegato.

DE MYSTRO COMMVni paruo.

CAP. XXVIII.

MYstrum commune paruũ, quod & chema parua dicitur, cyathi medieras est, testibus Paulo, Serapione & principe Haber autẽ pondere drachmas sex olei: vini vel aquæ scrupulos viginti, mellis vero drachmas nouem. Verum Serapio Muchitrum paruum, Princeps mestrum appellat. Serapio item & Princeps pro drachmis sex, darchimet sex scribunt, pro scrupulis

pulis vero viginti, scripsit Princeps gormiæ vi ginti, ex quo facilè sciri potest darchimet apud Arabes drachmam, gormiam scrupulum signi ficare, vt in verbo gormia, tract. ij.

DE BACHATES PARVA, QVAE *videtur mensura drachmarum quinque, &c.*

CAP. XXIX.

Vide libro 1. in B. litera.

BAchates parua, ex concordia Serapionis Practicæ iij cap. xv. cum Auicennæ Cano ne v. summa ij tract. vi. & Bimasui continentis v. charta centesima quinta & vigesima, colum na ij, supra medium est drachmæ quinq; in de scriptione medicinæ de succo granatorum & mẽtæ ad vomitũ, &c. (inquit Bimasui) succi gra norum granatorũ drachmas triginta, succi mẽ tæ drachmas decem. Auic. succi granorũ gra natorũ drachmas triginta, mentæ & sisymbrij, ana drachmas quinq;. Serapio succi granato rum similiter drachmas triginta: succi mentæ, sisymbrij ana bachatem paruam. Idẽ igitur vi detur drachmæ quinq; & bachates parua. Cõfir matur ex Andromacho octauo Miamir, vt scri bitur à Galeno. Ex Theod. quoq; Prisciano Pra ctices tertio, ca. v[illegible] paraf. incidẽte stomacho,

&c. Ex Paulo item Practicæ similiter iij. cap. xxxvij ex Rasi etiam v. continentis locis quam plurimis, authore præcipue Bimasin, qui omnes, medicinam prædictam describentes, granatorum succum triplum ponunt ad mentę succum. Quare cum & apud Serapionem granatorum succus sit drachmæ triginta, mentæ & sisymbrij erit drachmę decem, bachates ergo duę succi drachmæ decem, erunt. Et consequenter bachates parua vna drachmæ quinque, vt scripsit Princeps.

DE MYSTRO MAGNO *Attico.*

CAP. XXX.

MYstrum Atticum magnum, ex Dioscoride cotylæ Atticę pars est decimaoctaua, scrupuli scilicet decẽ, id est, oboli viginti, non quatuor & viginti, sicut apud ignotum Græcum legitur, asserentem trium stagiorum, id est, aureorum pondus.

DE MYSTRO ATTICO *paruo.*

CAP. XXXI.

MYstrum Atticum minus, ex eodem Dioſc. & ignoto Græco & Prisciano, oboli quindecim:

decim : est enim pars quarta cyathi sexaginta capientis obolos obseruatione quidem Attica. Communi enim obseruatione duos & septuaginta capit.

DE CANO, ID EST, *cyatho.*

CAP. XXXII.

CAnos ex concordia Serapionis & Dioscoridis cap. de absinthio, & de Cyclamino, cyathus est: vtrobique enim, vbi à Serapione conos à Dioscoride cyathus scribitur. Item ex concordia eorundem de vrina, cum Rasi vij. continentis, cap. de hydropisi. Vbi enim Dioscorides & Rasis dant vrinæ caprinæ cyathum vnum cum drachma vna spicæ, Serapio Canon: quamuis apud Galenum nono Miamir de cura hydropicorũ, autore Archigene scribatur, vrinæ caprinæ cochlearium vnum cum spica: qui locus videtur deprauatus & scribendum cyathus.

RVRSVS DE MYSTRO *Attico.*

CAP XXXIII.

MYstrum Atticum iustissimum ex Dioscoride, oboli octo.

DE CIANES MENSVRA *obolorum. V. vel VI.*

CAP. XXXIIII.

CIanes mensura, quæ obseruatione communi paruum cochlearium dicitur. Habet autem pondere, obseruatione communi drachmã vnã siue obolos sex: obseruatione vero Attica, cochlearia minima duo, teste Prisciano.

DE NVCE PARVA ET MAGNA.

CAP. XXXV.

NVx duplex, parua & magna. Nucis sane nomen ad pondera potius, quam mensuras pertinere videtur Parua, quã ignotus Græcus Ponticam vocat, habet Keratia decẽ & octo apud ipsum, scrupulos scilicet communes tres, aut drachmam communem vnam, aut cochlearium paruũ vnum, quod & Serapionis concordia, primo Practicę cap 23. descriptione medicinæ ad epilepsiam, cum Rasi 1. continentis, cap. 1. & cum Alexandro de cura epilepsiæ, videtur testari Sed ex medicinis simplicibus (inquit Serapio) est pyrethrum, teratur & misceatur cum melle, & detur ex eo cochlearium vnũ. Et Alexãder similiter de epilepsia Et maxime ad istam facit pyrethri radix trita cum melle, vt electuarium composita. Dabis autem exinde cochlearium. Rasis vero vbi supra. Medicina, inquit,

inquit, valde bona & experta: Et seselios, &c. Sumatur ex ea quantitas nucis, & infra. Ex medicinis facilibus est pyrethrum, mixtum cum melle & exhibitum in quantitate nucis. Verum apud Serapionem & Principem describitur nux parua, habere seminet. i. obolos septem, drachmam scilicet vnam & eius sextam. Quod & Rasis ad Almansorem lib. 4. cap. de opio sentire videtur, dum dixit: Detur de Theriaca ab auellanæ ad nucis magnitudinem, ac si diceret, à keratijs decem octo, ad vnum & viginti, id est ab obolis sex ad septẽ. Tra. 3. ca. cxxxiiij.

Nux magna vel nux regalis vocata ab ignoto Græco, tres habet aureos aut drachmas quatuor apud eundem, & est semuncia. Verum apud Serapionem & Principem, non drachmas quatuor, sed duas tantum & drachmæ tertiam id est obolos quatuordecim, quos illi vocant seminet. Quoties autem apud nostros nux absolute scribitur, minorem intelligendam arbitramur.

DE COCHLEARI MINIMO.

CAP. XXXVI.

COchlear minimum obseruatione communi, semidrachma est pondere, ex concordia Plinij, Dioscoridis, Pauli & Principis secundo Canone, cap. de aloë in membrorum nutrimen

ti areola, Quando (inquit Princeps) bibuntur ex eo cochlearia duo cum aqua frigida & tepida, infringit appetitum salsum. Similiter Dioscorides, cochleariorum duorum pondere in Græco exemplari κοχλιαρίων πλῆθος β': quamuis in Latino legatur, cyathis duobus, Paulus Practi cę septimo de purgantibus cholerã, Aloẽ drachma vna cum melicrato detur: Si minus detur vt tres oboli solum, stercus euacuat. Plinius lib. 27. cap. 41. de aloẽ: Confirmat stomachum bibitum drachma vna. Ad stomachi vero dissolutionem, duobus cyathis aquæ frigidæ cochlearis mensura bis teruè. Inde Dioscо. & Princeps cochlearia duo, Plinius & Paulus drachmam scripserunt. Tantundẽ igitur est cochlearia minima duo, quantum drachma vna ex horum cõcordia. Minimum igitur cochlear semidrachma iure dicitur.

DE COCHLEARI PARVO.

CAP. XXXVII.

COchlear paruum drachmam integrã pondere capit. Testatur concordia Dioscoridis cap. de Castoreo, cum Galeno vndecimo de simplici medicina cap. eodem Illis (inquit Dioscorides Latinus) qui ex plenitudine spasmum patiuntur aut tremorem neruorum, vtilissimũ est castoreum datum mulsa drachma vna, aut cochleario vno. Galenus vbi supra: vt dicat aliquis tepidam febrem patientibus, castoreũ cum

pipere

pipere albo quantitate cochlearij de vtroq; per melicratum. Et Galeni verba referens Rasis Continentis xxi. simplici cci. Castoreum, inquit, est maximi iuuamẽti, cum patiens est absque febre, aut eius febris est lenta, sicut illa quæ apparet in senibus, & illa quæ est in lethargo, quia plures ex his nos liberauimus cum pipere albo & castoreo, pondere aurei vnius de quolibet, cùm hydromelite. Ecce vbi Galenus cochlearium vnum, Rasis aureum scripsit, qui drachma exponendus videtur, ex Arabum vulgata consuetudine, aureum pro drachma frequentissimè scribentium, vt multis in locis ostendimus, & adhuc ex Dioscoridis & Plinij concordia cùm Rasi de castoreo, planè conuincitur. Castoreum, inquit Dioscorides in Latino exemplari, bibitum cum pulegio drachmis duabus, menstruis imperat. In Græco est πιθεὶς μετὰ γλήχωνος < πλῆθος ἑνοῖν. Plinius, dari drachmas binas satis eorum quæ adijciuntur singulas. Rasis cùm sumuntur ex eo & mentastro syluestri ana aurei duo, prouocat menstrua, vbi illi drachmas, hic aureos scripsit.

DE COCHLEARI MAGNO.

CAP. XXXVIII.

COchlear vero magnum ex Aëtio medico illustri Græco, & Georgio Valla, est mensura, quæ mystri communis parui pars est ter-

tia, duas quidem pondere capiens drachmas, ſeſqui exagium ſcilicet, id eſt aureum cum dimidio, quod idem eſt quod drachmæ duæ, vel Siciliicus, id eſt vnciæ pars quarta. Verũ ex cõcordia Alexandri, Pauli & Principis de apoſtematibus renum, videtur quod cochlear magnũ ſit ſeſquidrachma, id eſt drachma & media ſolũm, non duæ Rz (inquit Alexander) lini ſeminis pulueris drachmas duas, amili drachmam vnam, dabis in aqua cochlearium vnum ad bibendum. Paulus ſeminis partes duas, amili partem vnam, bibant cochleariũ vnum. At verò Princeps ex potionibus expertis inquit, eſt illud quod recipit ſeminis lini pondus aureorũ duorũm, amili aureum, & eſt duæ doſes, cum aureus pro drachma hoc loco accipiendus ſit, vt ſcripſit Alexander, à quo & Paulus & Princeps accepere quod diximus medicamen, & aggregatum ex tribus drachmis diuidendum in duas doſes æquales, vt ſcripſit Princeps, quarum vtraq; ſit cochlearium, vt expreſſè Alexander. Sequi videtur cochlear magnum dicendũ, menſuram quæ myſtri cõmunis parui pars eſt quarta, non tertia drachma ſcilicet & media, nõ autem duæ Cui ſententiæ conſonare videtur Serapio V. præcticæ, cap. xxxv. deſcriptione diamargaritonis. Detur, inquit, ex eo cochlearium, aut duo cochlearia, & ſunt aurei tres, id eſt drachmæ tres.




DE COCHLEARI MAXIMO.
CAP. XXXIX.

COchlear autem maximum est mensura, quæ cyathi pars est tertia, pondere semunciam capiens, quod mellariũ dici posset, cuius Serapio & Princeps de ponderibus tractantes & mensuris meminerunt. De quo Serapio iterum præcticæ v. cap. xxxiiij circa finem: butyri (inquit) vaccini & mellis ana cochlearium vnum, & est drachmæ quatuor.

DE FLAGERIM, ID EST *paruo cochlcari.*
CAP. XL.

FLagerim apud Serapionem cap. de Squilla, ex concordia Dioscoridis cum eo, cap. eodẽ paruum cochlear significat. Accipiatur, inquit Serapio, ex quilla assata pars vna, ex sale assato & trito partes octo, & detur in ieiuno pondus vnius flagerim ad laxandum ventrẽ. Dioscorides squillę pars vna, salis assi partes octo, accepto cochleario vno, vel duobus ventrẽ mollit, ἓν μέρος τῆς σκίλλης, ἀλῶν ὀπτῶν μέρη ὀκτὼ, διδόμενον κοχλιάριον ἓν ἢ δύο. Rasis etiam continentis xxi. si sumeretur pars vna ex squilla assata, & octo partes salis similiter assati, & simul tererentur, & daretur ex eis pondus aurei vnius, laxaret ventrem, aureum pro drachma scripsit Rasis, paruum innuens cochlearium.



DE FAHALIEL, ID EST, COCHleari minimo, pondere drachmæ semis.

CAP. XLI.

FAhaliel ex concordia Serapionis cum Dioscoride cap. de scammonea, significat cochlear minimũ: pondus scilicet drachmæ mediæ, & dosis eius, inquit Serapio, sit secundum fortitudinem eius qui sumit, & secunda dosis sit fahaliel trium & media duorum fahaliel, & parua vnum Dioscorides in Græco exemplari loco fahaliel, cochlearium scripsit: λαμβάνεται δὲ πρὸς λειχμὸν τὸ μὲν τέλειον, ξία κοχλεάρια. μέτον δὲ β'. &c. in Latino nihil eorum legimus. In viij. ad Almansorem cap. liiij. de scamonea dicitur, Minus quod de ea datur, est sexta pars drachmæ vnius, id est obolus, grana scilicet xij. Plus vero quantitas duarum tertiarũ drachmæ vnius, id est scrupuli duo, xxij. Continentis cap. de scammonea, sumpta in pondere aurei medij, aut danich quatuor & medij, cum syrupo mellis, laxat cholerã & phlegma. Et sufficiens sumptio eius ad leniendum ventrem in quantitate danich trium, tamen in potione & magna in quantitate danich quatuor & medij. Serap. vij practicæ cap. xij. & potio eius integra secundum sententiã antiquorum est nouen Kirat, sed secundum sententiam modernorum, est duo danich. Hæc quamuis dicta

sunt

sunt præter intentum principale, non inutilia fortè videbuntur.

DE COLANANOS, ID EST, *cochleario.*

CAP. XLII.

COlananos apud Serapionem cap. de sulphure, exponitur cochlearium: ex concordia eiusdem cùm Dioscoride cap. eodem rectè exponitur. Quando accipitur de eo inquit, Serapio quantitas vnius colananos, & sumitur in potu cum aqua aut cum ouo sorbili, curat icteritiã. Dioscorides ictericis cochleario in ouo sorbili accepto prodest: in Latino exemplari. In Græco vero Ἀποκαθαίρει δὲ καὶ τὸν ἴκτερον ἐν κοχλιαρίου πλήθει.

DE PACLANARIO VEL FA-*clanario id est cochleario.*

CAP. XLIII.

PAclanarium vel faclanarium ex concordia Dioscoridis & Serapionis de condyso (ꝙd struchion Dioscorides nominat) idem est & ipsum quod cochleariũ. Ab vtroq; dicitur cum melle datum mouere vrinam: Serapione ponderepaclanarij, à Dioscor. cochlearij, σὺν μέλιτι κοχλεαρίου πλήθει. Item ex concordia eorundem cum Principe, Plinio & Paulo cap. de aloẽ.

DE PONDE. ET MENSVR.

DE ABEN VEL KIST *Romano.*

CAP. XLIIII.

ABen mensura est eadem quod Kist Romanum: quæ pondere quidem habet olei vncias viginti: vini, vel aquæ duas & viginti paulò plus: mellis triginta. Et ita castigandus videtur Serapionis textus cum dicitur. Aben mellis est minæ duæ, aben olei est mina & media, quoniam mendosus videtur. Si enim intelligatur, vt sonat proportio mellis ad oleum nullo pacto poterit quæ est sesquialtera. Quare legendum videtur aben mellis mina & media, & Romanum intelligo. Aben olei mina vna, id est vnciæ viginti. Sicuti de Eiub mellis scripsit Princeps, quod idem est quod Aben: & tunc mellis ad oleum seruabitur proportio sesquialtera scilicet.

DE EIVB ALITER DICTA *eâdem mensura.*

CAP. XLV.

EIub mensura, quæ & Aben, & est, vt scripsit Princeps, mellis habens libras duas semis, id est vncias triginta: olei vero minam vnam tantum, non vnam & mediam, vt apud Principem corruptis exemplaribus legitur. Minam tamen Romanam oportet intelligas, aliter forte pateretur instantiam.



DE

DE EBERIE MENSVRA, QVAE *videtur Kiſt Romanum.*

CAP. XLVI.

EBerie apud Principem (tertia quarti, de cura lepræ, in decoctione ad leproſos) videtur idem quod eiub ſcilicet Kiſt Romanum. Bartholomeus tamen Montagnana in conſilio ad leproſos, eandem deſcribens decoctionem loco eberie, libram ſcripſit.

DE MEDIMNO.

CAP. XLVII.

MEdimnus, ex his quæ colliguntur ex Paulo, Dioſcoride & Priſciano, videtur menſura rerum ſiccarum, ſex capiens modios: cuius medietas eſt amphora Italica, modiorum trium capax, octo ſcilicet & quadraginta ſextariorũ menſura: quarta vero pars amphora item vocata, modij vnius & medij menſura, quatuor & viginti capiens ſextarios, quia medimnus modios ſex capit Italicos, ſeptem vero Atticos ex Dioſcoride, Paulo, Priſciano: quibus aſſentiri videtur Plutarchus in Attico, quem donaſſe vniuerſos Athenienſes frumento commemorat, & ita vt ſingulis ſeptem modij tritici darentur, qui modus menſuræ medimnus Athenis appellatur. Modij autem ſeptem Attici, faciunt communes, vel Italicos ſex, paulò minus. Apud ignotũ Græcum medimnus modiorum

sex cùm tribus octauis legitur. Dicit enim me-
dimnum constare ex xestis centum duabus: quę
diuisę per sexdecim, qui est numerus xestarum,
xestium, ex quibus conitat modius, dabunt sex,
cum tribus octauis.

DE ARTABA.

CAP. XLVIII.

ARtaba mẽsura Aegyptia, modios tres Ità licos & modij partem tertiam capiens, vt Priscianus testatur. Namq; decem modijs explebitur artaba triplex. Apud Paulum habet modium vnum tantum.

DE MODIO.

CAP. XLIX.

MOdius mensura est, quæ licet apud Hebræos duos & viginti sextarios continet, apud nostros tamen sexdecim tantum continet. Testatur Priscianus qui dicit, amphoram mensuram pedis quadrati tres capere modios. Sed diuisis octo & quadraginta sextarijs, ex quibus constat amphora, per tria proueniunt sexdecim. Ergo modius qui est amphoræ pars tertia, sedecim completur sextarijs.

FINIS.

TABVLA

TABVLA GENERALIS DIVERSORVM PONDERVM, ac totius secundi libri Dominici Vincentini quasi quoddam compendium, diducens semper maiora in minora, & ostendens quoties minor in maiore comprehendatur, per CASPARVM VVOLPHIVM Tigurinum Medicum.

I. MINA ROMANA.

Mina Romana 20. vnciarum communium, continet

1	Minam Atticam $1\frac{1}{4}$ hoc est, semel cum quarta eiusdē parte.	
2	Libram communem $1\frac{2}{3}$ hoc est, semel cū duabus eius tertijs.	
3	Libram semis $3\frac{1}{3}$ quod est, ter & simul tertiam totius partē.	
4	Vncias	20
5	Sextarios seu semuncias	40
6	Duellas	60
7	Sicilicos	80
8	Sextulas	120
9	Drachmas	160
10	Fabas Syras	240
11	Lupinos, seu drach sem.	320
12	Tremisses	360
13	Scrupulos	480
14	Obolos	960
15	Bisiliquas	1440

16	Semiobolos	1920
17	Siliquas	2880
18	Chalcos	5760
19	Grana	11520

II. MINA ATTICA.

1	Libram $1\frac{1}{3}$ id est libram vnam & eius partem tertiam.	
2	Semilibras $2\frac{2}{3}$ hoc est libras duas & duas tertias.	
3	Vncias	16
4	Semuncias	32
5	Duellas	48
6	Sicilicos	64
7	Sextulas	96
8	Drachmas	128
9	Fabas Syriacas	192
10	Lupinos, seu drach. sem.	256
11	Tremisses	288
12	Scrupulos	384
13	Obolos	768
14	Bisiliquas	1152
15	Semiobolos	1536
16	Siliquas	2304
17	Chalcos	4608
18	Grana	9216

Mina Attica sedecim vncia rum, in se habet

III. LIBRA.

1	Semilibras	2
2	Vncias	12

3 Semun-

	3	Semuncias	24
	4	Duellas	36
	5	Sicilicos	48
	6	Sextulas	72
	7	Drachmas	96
Libra duodecim vnciarum comprehendit	8	Fabas Syras	144
	9	Lupinos	192
	10	Tremisses	216
	11	Scrupulos	288
	12	Obolos	576
	13	Bisiliquas	864
	14	Semiobolos	1152
	15	Siliquas	1728
	16	Chalcos	3456
	17	Grana	6912

IIII. SEMILIBRA.

	1	Vncias	6
	2	Semuncias	12
	3	Duellas	18
	4	Sicilicos	24
	5	Sextulas	36
Libra semis vnciarũ 6. sub se habet	6	Drachmas	46
	7	Fabas Syriacas	72
	8	Lupinos	96
	9	Tremisses	108
	10	Scrupulos	144
	11	Obolos	288
	12	Bisiliquas	432
	13	Semiobolos	576
	14	Siliquas	864

15	Chalcos	1728
16	Grana	3456

V. VNCIA.

Vncia drachmarum 8. capit

1	Semuncias	2
2	Duellas	3
3	Sicilicos	4
4	Sextulas	6
5	Drachmas	8
6	Fabas Syras	12
7	Lupinos	16
8	Tremisses	18
9	Scrupulos	24
10	Obolos	48
11	Bisiliquas	72
12	Semiobolos	96
13	Siliquas	144
14	Chalcos	288
15	Grana	576

VI. SEMVNCIA.

Vncia semis in se complectitur

1	Duellam	1½
2	Sicilicos	2
3	Sextulas	3
4	Drachmas	4
5	Fabas Syriacas	6
6	Lupinos	8
7	Tremisses	9
8	Scrupulos	12
9	Obolos	24
10	Bisiliquas	36
11	Semio-	

11	Semiobolos	48
12	Siliquas	72
13	Chalcos	144
14	Grana	288

VII. DVELLA.

1	Sicilicum	$1\frac{2}{3}$
2	Sextulas	2
3	Drachmas	$2\frac{2}{3}$
4	Fabas Syras	4
5	Semidrachmas	$5\frac{2}{3}$
6	Tremisses	6
7	Scrupulos	8
8	Obolos	16
9	Bisiliquas	24
10	Semiobolos	32
11	Siliquas	48
12	Chalcos	96
13	Grana	192

Duella valet

VIII. SICILICVS.

1	Sextulam	$1\frac{1}{2}$
2	Drachmas	2
3	Fabas Syr.	3
4	Semidrachmas	4
5	Tremisses	$4\frac{1}{2}$
6	Scrupulos	6
7	Obolos	12
8	Bisiliquas	18

Sicilicus habet.

9	Semiobolos	24
10	Siliquas	36
11	Chalcos	72
12	Grana	144

IX. SEXTVLA.

Sextula capit

1	Drachmam	$1\frac{1}{3}$
2	Fabas Syras	2
3	Lupinos	$2\frac{2}{3}$
4	Tremisses	3
5	Scrupulos	4
6	Obolos	8
7	Bisiliquas	12
8	Semiobolos	16
9	Siliquas	24
10	Chalcos	48
11	Grana	96

X. DRACHMA.

Drachma valet

1	Fabas Syriacas	$1\frac{1}{2}$
2	Lupinos	2
3	Tremisses	$2\frac{1}{4}$
4	Scrupulos	3
5	Obolos	6
6	Bisiliquas	9
7	Semiobolos	12
8	Siliquas	18
9	Chalcos	36
10	Grana	72

XI. FABA SYRA.

1 Lupi-

Faba Syriaca pendet	1	Lupinum	1/2
	2	Tremissem	1/2
	3	Scrupulos	2
	4	Obolos	4
	5	Bisſiliquas	6
	6	Semiobolos	8
	7	Siliquas	12
	8	Chalcos	24
	9	Grana	48

XII. LVPINVS.

Drachma ſemis continet.	1	Tremiſſem	1/8
	2	Scrupulum	1/2
	3	Obolos	3
	4	Bisſiliquas	4/2
	5	Semiobolos	6
	6	Siliquas	9
	7	Chalcos	18
	8	Grana	36

XIII. TREMISSIS.

Tremißis valet	1	Scrupulum	1/3
	2	Obolos	2/3
	3	Bisſiliquas	4
	4	Semiobolos	5/3
	5	Siliquas	8
	6	Chalcos	16
	7	Grana	32

XIIII. SCRVPVLVS.

	1	Obolos	2
	2	Bisſiliquas	3
Scrupul°	3	Semiobolos	4
inſe te=	4	Siliquas	6
net	5	Chalcos	12
	6	Grana	24

XV. OBOLVS.

	1	Bisſiliquas	1 2
	2	Semiobolos	2
Obolus	3	Siliquas	3
capit	4	Chalcos	6
	5	Grana	12

XVI. BISSILIQVA.

	1	Semiobolos	1 3
Biſſiliqua	2	Siliquas	2
recipit	3	Chalcos	4
	4	Grana	8

XVII. SEMIOBOLVS.

	1	Siliquas	1 2
Semiobo	2	Chalcos	3
lus pẽdet	3	Grana	6

XVIII. SILIQVA.

Siliqua	1	Chalcos	2
tenet	2	Grana	4

XIX. CHALCVS.


Chalcus.	1	Grana	2

XX. GRANVM.

Granum ponderum minimum, ex quo, tanquam ex vnitate numeri, reliqua pondera maiora additione vel multiplicatione fiunt.

ABACVS SIVE TABVLA PONDERVM VNO INTVITV OCVLIS OBIICIENS, QVAE PRAECEDENTI TABVLA SEORSIM FVERANT ET PER PARTES DISTRIBVTA.

	Min. At.	Libra.	Selibra	Vncia	Semũc	Duella	Sicilic⁹	Sextul.	Drach	Fab. Sy	Semid.	Trem.	Scrup.	Obolus	Bißili.	Semio.	Siliqua	Chalc⁹	Grana
Mina Rom.	1 1/4	1 2/3	3 1/3	20	40	60	80	120	160	240	320	360	480	960	1440	1920	2880	5760	11520
	Min. At.	1 1/3	2 2/3	16	32	48	64	96	128	192	256	288	384	768	1152	1536	2304	4608	9216
		Libra	2	12	24	36	48	72	96	144	192	216	288	576	864	1152	1728	3456	6912
			Selibra	6	12	18	24	36	48	72	96	108	144	288	432	576	864	1728	3456
				Vncia	2	3	4	6	8	12	16	18	24	48	72	96	144	288	576
					Sextar	1 1/2	2	3	4	6	8	9	12	24	36	48	72	144	288
						Duella	1 2/3	2	2 2/3	4	5 1/3	6	8	16	24	32	48	96	192
							Sicilic⁹	1 1/2	2	3	4	4 1/2	6	12	18	24	36	72	144
								Sextul.	1 1/3	2	2 2/3	3	4	8	12	16	24	48	96
									Drach	1 1/2	2	2 1/4	3	6	9	12	18	36	72
										Fab. Sy	1 1/3	1 1/2	2	4	6	8	12	24	48
											Lupin.	1 1/3	1 1/2	3	4 1/2	6	9	18	36
												Trem.	1 1/3	2 2/3	4	5 1/3	8	16	32
													Scrup.	2	3	4	6	12	24
														Obolus	1 1/2	2	3	6	12
															Bißili.	1 1/3	2	4	8
																Semio.	1 1/2	3	6
																	Siliqua	2	4
																		Chalc⁹	2
																			Grana



MENSVRAE APVD

VETERES GRAECOS ET LATINOS

scriptores vsitatæ, Liquidorum & Aridorum, ita dispositæ, vt quæ sunt maioris ponderis semper præcedant. Sic enim veteribus facilius nostræ atq; aliarum gentium mensuræ conferentur,

per Conradum Gesnerum Medicum Tigurinum.

NOTAE LITERARVM.

R.	*Romana mensura.*	Att.	*Attica.*
Geo.	*Georgica.*	Hipp.	*Hippiatrica.*
L.	*Liquidorum*	A.	*Aridorum.*
C.	*Communis.*		

Mensurarum nomina minorum in secunda columna illæ etiam vel Romanæ, vel Atticæ, vel Georgicæ, vel Hippiatricæ accipi debent, pro vt in prima ponuntur.

Culeus R.L.	Capit.	Amphoras	20	Continet Lib.		1600
Medimnus Geo. Att.		Chœnices	48			162
Metreta Att. L.		Chous	12			108
Metreta Geo. L.		Amphoras	2			108
Medimnus Att. & Siculus Ar.		Chœnices	48			108
Hemimedimnus Geo. At.		Chœnices	24			81

CAP. I. Lib. Continet

Amphora quadrãtal. Ceramium R.L.	Vrnas	2	80
Amphora, ἀμφορεὺς Geo.L.	Choas	4	40
Τριτεὺς, triens medimni Ge.A.	Chœnices	16	54
Vrna R.L.	Congios	4	40
ἕκτεὺς Geo A. Sextans medimni.	Chœnices	8	27
Modius R.A.	Semimodios	2	26. ⅔ 8.
Chus, Congius Geo.L.	Cotylas 12 vel		
	Sextarios	9	13 ½
Semodius R.A.	Sextarios	8	13. ⅓ 4.
ἡμίεκτον, uncia medimni. Ge.A.	Chœnices	4	13 ½
Congius vel congiarium R.L.	Sextarios	6	10.
Chus Att.L.	Sextarios	6	9.
ἡμιδοδράντιον Geo. A. Semuncia medimni.	Chœnices	2	6. ⅔ 9.
Chœnix. χοῖνιξ Geo. A.	Cotylas	3	3. ⅔ 4 ½
Chœnix Att.A.	Sextarium	1 ½	2 ½
ἡμιχοινίκιον Geo. A.	Cotylam	1 ½	1 ½ ⅔ ij. ⅓ 2.
Sextarius R.C.	Heminas	2	1. ⅔ 8.

Sextarij

Sextarij liquidorum 12. Assis partium nominibus appellantur, quæ & aridis videntur accommodari posse, non minus quam ipse Sextarius.

Deunx R.L.	CAPIT.	Cyathi 11	Continet Lib.	ɪ ℥ ʒ ɪ. ɜ ɪ.
Xestes, id est Sextarius Att.C.		Cotylas 2		ɪ ℥ (ɜ j.
Dextans R.L.		Cyathos 10		ɪ. ℨ 4 ℥ ʒ ɪ.
Dodrans R.L.		Cyathos 9		ɪ. ℨ 3.
Cotyla Geo.C.		Oxybapha 4		ɪ. ℨ j. ℥
Bes R.L.		Cyathos 8		ɪ. ℨ j. ʒ 2. ɜ ß
Cotyla Hipp.L.		Oxybapha 2		ɪ.
Sextans R.L.		Cyathos 7		ℨ ɪ i. ʒ j. ɜ j.
Hemina R.C.		Quartarios 2 vel acetab. 4.		o. ℨ 10.
Cotyla Att.C.		Quartarios 2 vel oxybap. 4		o. ℨ 9.
Quincunx R.L.		Cyathos 5		ℨ 8. ʒ 2. ɜ ß
Triens R.L.		Cyathos 4		ℨ 6. ʒ j. ɜ j.
Oxybaphum Hipp L.		Cyathos 3		o. ℨ 6.
Quadrans Quartarius R.L. τίταρτον.		Cyathos 3. vel acetabul. 2		o. ℨ 5.
Hemicotyliõ At. L. vel Quartar. Att.		Oxybapha 2		o. ℨ 4 ß
Oxybaphum Geo.C.		Cyathum 1 ½		o. ℨ 3. ʒ iij.

Sextans R.L.		Cyathus 2		℥ ʒ. ʒ2.
Acetabulum R. At.		Cyathum 1 1/2		ƺ 2.
Oxybaphum Att.C.		Cyathum 1 1/2		℥ 2. 1/2
Cyathus Geo.C.		Myſtra 4		℥ 2. ʒ2.
Cyathus Hipp. L.		Myſtra 4		℥ 2.
Cyathus R.C.		Ligulas. 4		℥ ʒj. 1/2 ʒj. ƺj.
Acetabulū R.L.	CAPITI	Cyathum 1 1/2	Continet Lib.	℥ ʒj. 1/2.
Cyathus Att.C.		Conchas 2 vel		℥ ʒj. 1/2
Concha Att.L.		Cochlearia 10		
Myſtrum maius Geo.C.		Myſtra. 2		℥ ʒ 1/2 ʒ2.
				℥ ʒ 1/2. ʒ 1/2
Myſtrū Hip.L.		Cochlearia 2		℥ ʒʃ.
Ligula R.C.				ʒ3. ƺj.
Myſtrum minus Att.L.		Chemam 1 1/2		ʒ iij.
Chema Att.L.		Cochlearia 2		ʒ ij. ƺj. gr.
Cochlearium Hipp.L.		Myſtri dimidiū.		4 4/5.
Cochlearium Att.C.				ʒ2.
				ʒj. ƺ 1/2 gr. 2/5

VIRORVM ILLV-

STRIVM ALPHABETICA ENV-

meratio, qui de ponderum ac mensurarum doctrina vel integros libros aut tractatus scripserunt, vel saltem obiter aut summariè in suis scriptis, hanc materiam attigerunt : per Casparum Vuolphium Tigurinum Medicum recens collecta.

ANdreas Alciatus Mediolanensis I. C. scripsit libellum de ponderibus & mensuris breuem quidem sed doctissimum. Idem quoq; transtulit Galeno attributum de eadã materia, librum.

Andreas à Lacuna, libellum fecit de ponderibus & mensuris.

Angelus Decembrius Mediolanensis parte 53. Politiç literariç, explicat ponderum, mensurarum & numerorum vocabula aliquot.

Angelus Policianus scripsit epistolam de ponderibus & mensuris, earundemq; notis, ad Franciottum Vrsinum: quæ habetur impressa epistolarum Policiani lib. 10. epistol. 13. In hanc commentatus est Franciscus Syluius Ambianates, vbi nonnulla Politiani corriguntur.

Antonij Monachi de ponderibus & mensuris, staterisq; iniquis: habetur cum Stobæo sermone 56.

Apulieus quidam scripsit libellos duos, quorum alter est de ponderibus, & alter de mensuris, cum earundem motis: Habetur impressus cũ operibus Mesuæ in fol apud Iuntas.

Augustinus Gadaldinus interpretatus est librum Galeno attributũ de ponderibus & mensuris

Auicenna caput peculiare habet de ponderibus & mensuris, lib. 5. summa secunda, tractatu octauo: partim è scriptis Alsier cuiusdam, partim filij Sem

Balbus scripsit librum de nominibus mensurarum cuius meminit Volateranus.

Bedæ de ratione vnciarum libellus: in quo aliorum ponderum ac mensurarum quoq; mentionem facit.

Bridfertus commentarium scripsit in Bedæ libellum de ratione vnciarum.

Cœlius Calcagninus, de ratione ponderũ scripsit lib 5. cap 17

Cælij Secundi Curionis, de mensuris Romanorum tractatus, ab Heruagio excusus est vnà cum Liuio.

Claudij Galeni liber, de doctrina mensurarũ ac ponderum ex variis authoribus collecta, habetur adiunctus operibus eius, sed falsò Galeno attribuitur. Correxit hũc lib. Michaẽl Neãd.

Constantinus Monachus, de ponderibus medicinalibus scripsit librum peculiarem.

Cornelius Celsus de medicina libro 5. c. 17.

pauca

pauca quædam de ponderum ratione scripsit.

Cyriacus Schreitman, scripsit Germanico idiomate, de ponderibus, vnà cum subtilitatibus quibusdam ad Alchimicam & metallicam artem facientia, anno 1578.

Demetrij Alabadi, quædam de minutijs : item de ponderibus & mensuris, quæ Venetijs impressa sunt.

Dinus de Garbo, Florentinus scripsit tractatum de ponderibus & mensuris.

Dominici Arcignanei, de põderibus & mensuris Græcorum & Arabum tractatus siue libri tres.

Diodori cuiusdam liber Græcus de ponderibus & mensuris, seruatur in Italia. Est autem fortè is author, cuius meminit Georgius Agricola in præfatione in lib. de ponderibus & mensuris his verbis: Non admodum fortè in Græcis ponderibus, opus fuisset hoc meo labore, si liber à Diodoro de his scriptus non perijsset. Dolendum itaque est, si author tam desideratus & vtilis, priuatis vsibus tantum reseruatus, nõ tandem in vsum reipub. medicæ luci redditur.

Elię Vineti Santonis emendationes & annotationes, in Prisciani Cæsarienſis, Rhemnij Fannij, Bedæ Anglı, & Volusij Metiani libros de numis, põd. & mens. numeris eorũq; notis, &c.

Epiphanius Cypri Episcopus libellum scripsit de ponderibus & mensuris. Græcè, apud Robertum Vuinter: Hunc interpretatus est Iannus Cornarius: & de talento.

Franciſcus Bonafides, de ponderibus minoribus & grano.

Georgius Agricola medicus ſcripſit de ponderibus & menſuris libros quinq; quorum.

1 De menſuris Romanis.
2 De menſuris Græcis.
3 De rerum quas metimur pondere.
4 De ponderibus Romanis.
5 De ponderibus Græcis.

De ponderibus & menſuris libellus lingua Gallica ſcriptus ex Georgij Agricolæ libris collectus, adiunctus eſt Plinio Gallico à principio.

Guilhelmus Budeus conſcripſit Breuiariũ de Aſſe & eius partibus: itemq; de ponderibus & menſuris.

Gulielmus Philander Caſtilionius, epitomẽ ſcripſit omnium Georgij Agricolæ De ponderibus & menſuris librorum, Lugduni.

Guilhelmus Rondelletius librum ſcripſit de ponderibus: hoc eſt de iuſta quantitate & proportione medicamentorum. In hoc vero libro, licet pondera tantum medicamentis inter ſeſe premiſcendis cerra ratione, præſcribat, tamen eius libri caput nonum, huic argumento peculiariter conuenire poteſt.

Heinricus Glareanus ſcripſit librum de põderibus & menſuris.

Heinricus Houuerde, de ponderibus & menſuris libros duos confecit.

Heinri-

Heinrici Vranij Compendium de re nummaria, menſuris & ponderibus ex Budæo.

Hieronymus Cardanus de proportionibus ponderum.

Iacobus Faber Stapulenſis ſcripſit Cõmentaria in librum Iordani Nemaurarij de ponderibus, &c.

Iacobus Syluius libro tertio, in methodo componendorũ medicamentorum, tractatum ſcripſit peculiarem de ponderibus & menſuris, quæ Galeno præcipuè, & ætatis noſtræ Medicis in vſu ſunt frequentiore.

Scripſit idem de menſuris & ponderibus Meſuæ conſuetis paucula quædam, quæ addidit ſuis in Meſuæ Antidotarium annotationibus, ſtatim à principio : Cum hac præfatione : Tempeſtiuum mihi iam videtur pauca quædam de menſuris & ponderibus Meſuæ conſuetis dicere, ne quorundam nouitas inaudita lectori adhuc rudi aut imponat, aut ſit remoramento, &c.

Ianus Cornarius interpres eſt Epiphanij de ponderibus & menſuris.

Incerti authoris tractatus de ponderibus & menſuris habetur cum operibus Auicennæ, ex verſione ex Arabico per Andream Bellunenſem.

Incerti authoris aſsignatio notarum ponderum ac menſurarum habetur adiuncta operibus Meſuæ.

Ioachimus Vadianus de dodrante & vncia.

Iohannis Buteonis de libra, & statera libellus. Et alter de fluentis aquæ mensura. De ponderum inter se congruentium forma. De margaritarum præcio.

Iohannes Fernelius de ponderibus & mensuris succinctè tractat Therapeuticæ Medicinæ libro quarto, capite sexto.

Iohannis Rauisij textoris mensurarum quarundam explicatio habetur in eius Officinæ tomo secundo.

Iohannes Raynaudus scripsit de mensuris, De monetis & ipsarum valere.

Iohannes Ruellius libro primo capit. 16. scripsit de mensuris quibus longitudines herbarum dimetimur. Item de rationibus ponderum.

Iohannes Serapio, de ponderibus & mensuris nonnulla in Breuiario suo scripsit.

Iohannes Tortelius, de ponderibus, in mentione Talenti, in opere de orthographia.

Iordani Nemaurarij de ponderibus propositiones tredecim, & earundem demonstrationes, multarumq; rerum rationes pulcherrimæ, Norimbergæ excus-

Iosias Simlerus Tigurinus collegit, suppresso tamen eius nomine, vocabula rei numariæ, ponderum & mensurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica ex diuersis authoribus, ac in ordinem alphabeticum disposuit. Lexicon hoc nominum

minum mensuratū, &c. additum est lexico siue Dictionario Latinogermanico à Iohanne Frisio ædito.

Isidorus iunior, episcopus Hispalensis, scripsit libro Aerymologiarum decimo quinto, de agris, eorundem finibus ac mensuris. Item libro decimo sexto, de ponderibus, mensuris & signis. De hoc Isidoro & eius scriptis, sic Alciatus de ponderibus & mensuris sentit, statim ab initio sui opusculi Ego, inquit, nō video, quid hosce summi iudicij homines impulerit, vt Isidorum, nequaquam bonum authorem, opinatissimis scriptoribus prætulerint, è quibus Plinius lib 21. cap vltimo, &c.

Leonhardus Portius, scripsit de ponderibus & mensuris eruditum commentarium.

Lucæ Peti, de mensuris & ponderibus Romanorum & Græcorum, cum his quæ hodie sunt Romæ collatis, libri quinq, Venetijs.

L. Volusij Metiani de Asse & eius partibus: item vocabula ac notæ partium in rebus pecuniarijs, pondere, numero, & mensura. In hunc scripsit annotationes Elias Vinetus.

Michael Neander, scripsit synopsin mensurarum & ponderum, ponderationesq; mensurabilium secundum Romanos, Athenienses, Georgos, & Hippiatricos, ex prçstantissimis authoribus huius generis contracta.

Idem emendauit ac transtulit Galeno attributum librum de ponderibus & mensuris: itēq;

VENETO VENEZIA

Dioſcoridis de ijſdem annotationem.

Nicolaus prçpoſitus, in diſpenſatorij libro ſecundo, particula prima, capite vndecimo, tractat. de ponderibus & menſuris.

Oribaſius Synopſeos lib. 2. cap 58. breuiter ponderum ac menſurarum rationẽ tradit, quæ ferè eadem ſunt cum his quæ apud Aeginetam leguntur.

Paulus Aegineta de ponderibus & menſuris ſcripſit earundemq; notis libro ſeptimo, capite viceſimo ſexto.

Petrus Andreas Matthiolus: in ſuis commentarijs in Dioſcoridẽ, menſurarum ac ponderum typos ad Dioſcoridis mentem, ex Galeno ædidit.

Philippus Melanchthon, de menſurarũ ponderumq;, ad Germanorum vſum, nominibus.

Plinius peculiari capite, vltimo ſcilicet libri viceſimi primi de ponderibus & menſuris tractauit.

Priſcianus Grammaticus, ſcripſit de ponderibus & menſuris. In hunc authorem annotationes ædidit Elias Vinetus.

Quinti Rhemnij Fanni Palemonis de ponderibus & menſuris libellus hexametris conſcriptus. In hunc annotationes breues ſcripſit Elias Vinetus. Vide etiam de eodẽ apud And. Alciatum in principio libri de materia eadem. Hunc librum, vt & Dionyſium de ſitu orbis, carmine redditum ab eodem, Priſciano alij attribuunt:

tribuunt: verũ huic sententiæ doctiores repugnant. Alardus Amstelredamus in suis annotationibus in Marbodeum, passim Rhemnij carmina citat de gemmis quibusdam, & de Medica herba, vnde conijci potest genuina Rhemnij esse, hæc de ponderibus carmina, patebitq; hoc clarius etiam ex ijs, quç Gyraldus de Poëtis Latinis Dialogo quarto scribit. Eo in loco authorem hunc Q. Rhemnium Palçmonem vocat, Vicentinum natione. Sunt inquit, ex literatis, qui carmen de ponderibus, quod legitur, huic ascribant: quod perperam fieri ipse contenderim: nã Rhemnio Fannio potius attribuendũ, quod alibi dicemus. Scribit autem alibi, Rhemnio Fannio, qui ab alijs Fanius aut Fauinus, non recte scribitur, & perperam Palçmon cognominatur, cum multò post Palçmonem vixerit, ei de ponderibus libellum à doctis plerisq; merito ascribi, ineptè autem Prisciano. aliquos etiam translationem Latinam Dionysij Afri ei attribuere, quæ vulgo Prisciani Cæsariensis nomine circumferatur, & discipulũ fuisse Arnobij, & de medicinalibus librum eleganti carmine scripsisse, &c. Vide plura loco citato.

Robertus Cenalis, opus de integro instauratum scripsit, de vera mensurarum ponderumque ratione. Eius autem operis tituli præcipui hi sunt.

De vncijs variijs, in genere & specie.
De libra mensurali & eius partibus.

De Sextariorum varietate & partitione.
De Cyatho.
De Xeste, seu Sextario Græco, Attico, & partibus eius.
De Sextario Georgico, & eius partibus.
De Sextario Hypiatrico & partibus eius.
De Sextario Hebræo & eius partibus.
De Amphora & partibus eius.
De metrete Attico & partibus eius.
De Medimno. De Medimo Georgico.
De Medimno Hippiatrico & eius partitione.
De Ephi, amphora Hebraica & eius partibus.
De Amphora Parisina & eius partibus.
De Artaba.
De Mensuris.
Mensurarum longitudinis & naturalis progressus.
De Assis varia acceptione & eiusdem partitione.
De Obolo & partibus eius.
De Drachmæ valore & eius partitione.
De Sicclo & eius Abaco.
De Denario & partibus eius.
Denarij Romani abacus.
De Solido eius partitione & abaco.
De Libræ multiplici ratione & eius abaco.
De Talenti ratione & eius abaco.
Talenti minarum Hebraicarum argenti abacus.

Talentorum argenti Hebraici ſecundi ordinis, ſparſim è ſcripturis cumulatus.

Saladinus Aeſculanus, ſcripſit de doſibus & ponderibus, ac de eorum nominibus & differentijs, in compendio aromatariorum, particula tertia.

Stanislaus Grſepius Polonus, De multiplici Siclo & Talento Hebraico. De menſuris Hebraicis, tam aridorum quàm liquidorum. Epitome de ponderibus & menſuris, quæ apud prophanos leguntur authores.

Theodericus Thaminus Dominicanus, de Menſuris rerum librum ſcripſit.

DE PONDERIBVS ET MENſuris ſpecialia quædam hinc inde ab authoribus explicata.

Cuiuſmodi ſit id, Deum omnia perfeciſſe numero, pondere menſura, Cælius 22.6.

Ponderum nomina, Textor in Offi. 811.

Quid mina quid drachma, quid aſsis, denarius, Seſtertium, & talentum apud gentes diuerſas valuerit Alexand 4.24.

De obolis vel obelis, Cælius lib. 10. cap. 2.

Menſurarũ à corpore humano eſſe depromptа nomina, Cælius lib. 30. cap. 20.

Quis primus repererit pondera & menſuras, Polyd. 1.19.

De nummis, vide in politicis vel œconomi-

eis, licet etiam huc ad pondera referri potuis-
sent.

De mensuris, Volateranus 30.

Mensuræ quædam, Textor in Officin. 273.

Hippiæ mensuræ & Pnidoniæ cur Cælius 14.18.

Περὶ χοινίκων, Τζιτζ. 13.479.

Quid Chœnix, chœnicometræ, & super chœnice sedere, Cælius 16 17.

De maride mensura & marila, idem 26.16.

Sata pro mensuræ specie: item cabus & batus, Idem 16 24.

Exponitur illud Quintiliani, in triclinio Choa: quid choëus, choa, choës, de coryla item pauca, Cælius 29 1.

Hemina, Cælius 28 30.

Nomina terræ dimensionum in Geometricis posita sunt.

PRAETERMISSA sunt nobis in hoc catalogo de industria multa de numis, & monetis: itemq; quæ de Mathematicis & Geometricis mensuris ab authoribus scripta extant quod ad medicinam ferè non spectent: quanquã etiam nonnullorum hic quoq; mentio inciderit alicubi. Qui vero etiam horum catalogum requirit, is consulat Bibliothecæ Gesneri partem secundam: lib. 6. de Geometria, tituli tertij, parte secunda: & ibidem in Appendice. Itemque De Grammatica, titulo 12.

VOCA-

VOCABVLA REI NVMMARIAE PONDERVM & mensurarum Græca, Latina, Hebraica, Arabica: ex diuersis authoribus collecta, & in ordinem alphabeticũ dispositа, per IOSIAM SIMLERVM Tigurinum.

ABen seu Enib vel Euib, Acsat, Kist nomina sunt Arabum & Maurorum eius mensuræ, quam Romani Sextarium nominat. Ein halbe maaß.

Acetabulum ex aceto nominatur ad imitationem Græcorum, apud quos ὀξύβαφον vas primo dictum, deinde ad mensuram translatum. Liquoris autem mensura est & sesquicyathum continet. Agricola transfert Ein halb mäßlin alij ein Gcdcrlin: sunt autem nostræ mensuræ capaciores Romanis. Est etiam siccorum mensura, cuius frequens mentio fit apud Corneliũ Celsum. Agr. Ein vierteil eines halben mässes.

Achana Persica est mensura, cuius Aristophanes meminit in Acharnensibus, quo loco interpres mensuram hanc, teste Aristotele, scribit quadragintaquinq; medimnorum Atticorum capacem fuisse.

Acsat idem quod Abun, Sextarius.

Actus mensura interuallorum, rei rusticæ

scriptoribus in vsu: dictus quod in eo boues agerentur, cum aratur vno impetu iusto: est autem duplex. Actus minimus area pedum 480. nam latitudinis pedes 4. longitudinis haber pedes 120. Actus quadratus pedum 14400. latus pedes 120. & longus totidem: is modus & Mina Latine appellatur. Ein halbe Juchart en.

Adarkon 1. Paral. vlt. cap. quidam drachmam transferunt, alij nummum significare volunt: videtur autem ita appellari nummus aureus drachmalis.

Aequipondiũ sacom? Vitr. appẽdiculũ quod per scapum trutinæ Campanæ punctis obseruatur Das gwicht an der schnellwag.

Aequilibrium Vitru. Aequamentum Festo, libramentum Plin. cum neutro inclinat examẽ, sed æquo momento partitur discrimen. Das unstehend gwicht.

Aereolum vel areolus χαλκοῦς ponderis nomen, sexta pars oboli Attici, pendit autem duo hordei grana: apud Grecos diuiditur in septem minuta. Est etiam nummi genus, qui & ipse septem minuta λεπτὰ pendebat: proinde ad nostrum nummulum qui est 32. pars drachmæ transferre licet, quamuis æreolus 63 pars drachmæ fuerit: Ein pfennig oder ein angster/ vel antlister, ein alter angster apud nos proxime ad æreolum accedit.

Aerarium locus vbi publicæ pecuniæ seruabantur, ita dictus ab ærea moneta, quam veteres

teres Romani vsurparunt. Schatzkamer/stat seckel/ statt geltkamer/oder renterey.

Aes, pro omni genere aureorũ argenteorũue nummorum. Allerley müntz/allerhand gält.

Aes circunforaneum, quod è tabernis argentariorum, quæ circum forum sub porticibus erant, fœnori petebatur. Gält auf wücher auf genommen oder entlehnet.

Aes alienum quod aliis debetur, debitum. Geltschuld.

Aes graue dicebatur, quo non numerato, sed appenso debita exolui sólebant.

Aere mutare, pretio aliquid emere aut vẽnundare. Kauffen vnd verkauffen.

Adærare, ære æstimare, ad pecuniæ taxationem redigere. Zů geltschlahen/schetzen.

Aeruscare vetus verbum, æra vndiq; id est pecunias colligere. Allenthalb gelt samlen vnd zů samlen fratzen.

Agorah idem quod Gerah Hebræis, nummulus argenteus vigesima pars sicli.

Alabastrum, vt Epiphanius scribit, vasculum est vitreum, quod capit olei libram: mensura vero quæ recipit dimidiam sextarij partem.

Alcuathum seu Cuathum, Arabica mensura Cyathum capiens.

Aldorach amphora Arabica trium librarũ.

Alki Arabibus idem quod Græcis ὁλκὴ seu drachma.

Amah Hebræis cubitum significat. Cubitum

autem Hebræis fuit duplex, alterum ſex palmorum, quod ſimpliciter Amah cubitum nominant: alterum ſeptem palmorum, quod cubitum & palmum, ſiue palmicubitum vocant. Ein eln.

Amphora à Græco nomine ἀμφορεὺς, Quadrantal ab antiquis appellata, à quadrati pedis figura: mẽſura eſt liquidorũ, quę duas vrnas, ſex tarios vero 48. c. Vier vñ zwentzig maß/ein Omen. Agricola Amphoram interpretatur. Sechs ſtobichen.

Amphora Capitolina, Romana amphora Ioui ſacrata in monte Tarpeio, in quo Capitolium fuit: iuſtæ capacitatis amphora: nam maioribus & minoribus amphoris, non vt menſuris, ſed vaſis vtebantur.

Amphoreus ἀμφορεὺς, vas quod vtrinque anſas habet quibus capi & portari poſsit: & menſura Græca eodem nomine appellata, à quo amphoræ nomen Romani mutuati ſunt. Eſt autem Amphoreus ſeu amphora Græcorum ſimilis Vrnæ Romanæ, capit cyathos 298. choas quatuor. Ein halber omen.

Amphora Attica, ita nominat Fannius Metreten, quæ maior eſt Romana, capit enim 3. Vrnas, Choas ſeu Congios duodecim. Ander halber omen.

Anecſure ſeu Kaſnuf: item Hacſuneſi, ſeu quarta Acſaſſæ nomina Arabum & Maurorum eius menſuræ quæ acetabulo reſpondet, & ſeſquicya-

ſquicyathum capit.

Anſa in qua examen bilancis verſatur.

Apophoreta Martiali, munera quæ conui uis aſportanda dabatur. Gaſt geſchenckt.

Aporrhyma menſura Aegyptiorum, quæ capit ii. ſextarios.

Argenteus aliquando in ſacris literis, & apud Ioſephum abſolute pro ſiclo ponitur, Hebræa phraſi, qua ſiclus Kæſæph argentum aut argenteus nominatur, ſubintellecto videlicet nummi nomine. Apud Græcos quoq; drachma vocatur ἀργυρις, ſecundum Alexarchum apud Athenæum, quia fuit alia drachma auri.

Argentariam facere Cic. pro exercere vſuram, aut argentarij nummulariique munus obire. Wůcheren/oder den wächſel tryben.

Argentariam diſſoluere Cic cedere foro, quando nummularius tabernæ ſuæ exercitium deſerit. Vom handel abſton / Bankerottieren.

Arra vel Arrabo, quod emptionis nomine datur, vt conſtet fides de pretio, quod conuenerit. Goldspfenig/pfandtſchilling/haftpfennig.

Arra ſponſalitia, quæ datur vtrinque à ſponſo & à ſponſa, in matrimonij contractus teſtimonium. Das nan man vff die Ee gibt.

Artaba menſura eſt Perſica Herodoto, capiens medimnum Atticum & præterea tres choenicas Atticas. Eſt etiam artaba medica,

medimni Attici capax : & tertia Aegyptiaca quinq; modiorum.

Arundo seu calamus, apud Hebræos instrumentum dimetiendi interualla: Apud Ezechielem cap 40. arundo sex palmicubitorum seu septem cõmunium describitur. Ein maßstab/ ein zollstab.

Arura mensuræ nomen apud rei rusticæ scriptores habens pedes quinquaginta.

As nomen ab ære deductum, ærei nummi appellatio, qui vario pondere percussus est: primum libralis, deinde sextantario pondere, tum vncialis, postremo semuncialis. Diuiditur autem as in partes duodecim, quæ vnciæ singulæ vocantur, duæ verò sextans, tres quadrans, quatuor triens, quinq; quincunx, sex semis, septem septunx, octobes, nouem dodrans, decem dextans, vndecim deunx. Cum verò as decima sit pars denarij Romani, eius æstimatio ex denarij valore noscitur: Budeus denarium æstimat quaternis Caroleis, & duobus denariolis Turonicis: hoc est octo cruciferis seu cruciatis nostratibus, & duabus quintis vnius cruciati: itaque as valebit hac ratione quatuor denariolis Turonicis & quinta vnius partè, quinque verò denarioli cruciatum faciunt: itaque his pares sunt minimi nummuli Basilienses, & ad Romanum assem proxime accedit Ein kleiner Basel vierer. Asse Romano etsi non pondere ac æstimatione, vsu tamen & partium similitudine,

dine, respondent Germanici nummi quos schil ling & plappart vocant, quamuis diuersæ æstimationis: nam Luceriæ aureo æstimantur 50. Tiguri 40. Basileæ 25. Argentorati 10. Mercatoribus vero in vsu est aureum 20. schilling/ quos schilling in gold nominant æstimare: omnes vero assis instar in duodecim domi nos & vulgares nummulos diuiduntur quos heller vocant.

As cum de ponderibus verba fiunt est libra, vel pondo, & similiter in duodecim vncias diuiditur, quæ nomina ante commemorata seruant. Postremo quoties solidum diuiditur, vt pes, iugerum, fundus, hæreditas, hora & in cœlo Zodiacus, as pro solido accipitur: & partes nomina partium assis accipiunt: hinc fluxerunt illę formulę. Ad assem reddere, ad assem omnia perdere, ex asse hæres: & similes.

Assarius vel assarion, cum pondus declarat est duarum drachmarum: nam Romani pondus assis ærei sæpe diminuerunt, & tandem lege Papyria semunciales asses fecerunt: istiusmodi autem assis dimidiũ à Græcis dicitur διώβολον, à Varrone assarius: à nummo pondus nomen accepit Assarij nummi mentio fit in Euangelica historia Matthæi & Lucæ Ein Basel rap.

Assaron Hebraicæ mensuræ nomen apud Iosephum, quæ alias omner, & à septuaginta interpretibus γομόρ nominatur, & est pars decima Ephi, cõtinet sextarios Atticos septem, & quintam sextarij partem.

Asipondium vnum pondus dicebatur, idq; quod as erat libræ pondus. Ein pfundt= schwär.

Auctoramentum quo accepto miles obligatur cum dat nomen. Verpflichtung / vergeltung / lauffgelt / Daß man einem knecht aufdhand gibt/oder zů der aufrüstung.

B

BAt seu Bathus mensura liquidorum Hebræ bis: quæ capit sex hinas: est autem æqualis amphoræ Atticę quæ μετρητὴς & κάδος nominatur, capit autem Cadus 36. Biß gǒuwer maß/ anderthalben omen.

Bes octo vnciæ, seu duæ tertiæ, aut duo trientes asis seu libræ: intelligimus autem libram Romanam quę pendit vncias duodecim. Acht vntzen/oder sechß zehen lot.

Bes argentarius, aurarius, seu monetarius, quo monetales vtuntur, qui cudunt aurum vel argentum, Ein marck. Marca etiam seu Bes nominatur certa pecuniæ summa, quamuis bessem libræ non pendeat: Sic Miseni nummi quatuor, quos Silbergroschen nominant, bes appellantur seu marca, cum tamen, si pondus spectes, bes pendeat eiusmodi argenteos nummos octo & octoginta. Apud nos bes nominantur duo aurei cum dimidio.

Bessalis vel pondus interuallum octo vnciarũ. Vitruuius bessales laterculos nominat. Gebrante stein/ziegelstein acht zoll lang oder breit.

Bessis

Besſis vſura, in qua centeſimæ beſsis ſolvitur: nam centeſimæ vſura hic as eſt. Wůcher oder zinß acht vom hundert ein jar.

Biceſsis idem quod viceſsis, à duobus decuſsibus, hoc eſt viginti aſsibus, ductum nomen.

Bigati nummi ita dicti quòd nota bigæ eſſent percuſsi.

Bilibris, duarum librarum Zwey pfund ſchwer. Cornu bilibre apud Horatium, duarũ librarum menſuralium capax. Das zwo pfundt mäaß faſſet.

Bipedalis. Vitruuio, Tegulæ bipedales. Ziegel zwen ſchůch lang.

Bos didrachmi Athenienſis nomen, quod nota bouis ſignatum eſſet, ex quo illud, Bos in lingua factum fuit, tritum Græcorum ſermone prouerbium, ſi quis argento corruptus cum loquendũ eſſet taceret. Ein pfennig darauff ein ochs geprägt war bey den Athenern/ galt ein ort eins guldins.

Brauium, quod victori confertur in ludis. Die gab ſo man dem helden im kampf gibt/ das beſt.

C

CAb ſeu Cabus menſura aridorum apud Hebræos, quarta pars modij, capit ſextarios quatuor vt ex Ioſepho & Epiphanio annotauit Agricola. Ein vierling. Glareanus tamen

ex ſententia Rabi Solomonis Cabum facit cyathorum 32 qui ſunt ſextarij duo & ſemis: idē tradidit, Santem Pagninū Cabum definire ſex medimnis, ſeu amphoris duodecim.

Cadus & vaſis nomen eſt apud Latinos, & menſuræ apud Græcos, quo & Plinius vtitur, ſed tantummodo vbi vel Græca transfert, vel de Græcis vinis loquitur. Idem menſuræ genus dicitur μετρητὴς, κεράμιον, σάανος & σάμιον, & Amphora Attica Cadus capit vrnas tres. Anderthalber omen.

Calamus, Vide ARVNDO.

Canon legitima & ordinaria penſitatio rei publicę, cuiuſmodi ſunt vectigalia & portoria. Järlich ordinar einkommen.

Caph Hebræorum magiſtri menſuram & trigeſimam Logi partem eſſe aiunt: ſed in ſacris literis Numer. 6. cap Caph nomen eſt vaſis patuli, parui & concaui, in modum cochlearis formati, in quo thus aut aliud huiuſmodi põebatur.

Capitha Perſica menſura apud Xenoph. quę capiebat duas chœnicas Atticas.

Caput, ſors, ſumma Cic. Terent. Plinio, principalis ſumma quæ fœnori datur: quod caput ſit fœnoris, κεφάλαιον Platoni dicta, & Iſocrati ἀρχαῖον, quod ex eo tanquam principio oriantur vſurę. Die gantze ſum̃/hauptſum̃/haupt gůt.

Cenſus æſtimatio fortunarum, pro cuius ratione tributum penditur. Schatzung eines yetlichen haab/item vngelt/ſtür zinß.

Cenſi-

Centesima absolute, & vsura centesima, item vsura vnciaria, & fœnus vnciarium, quæ centesimam sortis partem singulis mensibus capit: quando nimirum quotannis duodecim pendutur vsuræ nomine: ibi enim assis nomine censetur annus, vt vnciarum vices gerunt menses. Zwölff vom hundert.

Cẽtumpondiũ Cato nominat, quod iuniores centenarium appellarunt. Ein centner / ein gewichtstein hundert pfund schwer / oder centnerig.

Centussis quo maius æris vocabulum non est, centum asses, seu denarij decem, itaq; Romanus centussis æstimabitur cruciatis 80. Zwentzig Batzen Budæi ætate cum pretium auri nõdum adeo auctum fuisset, coronatus Gallicus decẽ denarijs, siue centusse ab eo çstimatus fuit.

Chalcus, Vide ABREOLVM.

Charisterium, quod beneficio datur.

Chœnix Attica mensura aridorum, & principium ferè omnis mensuræ, vnde & metron appellabatur: capit autem chœnix (vt Agricola tradit) sesquisextarium, cotylas 3. oxybapha 12. cyathos 18. Budæus vero Chœnica duos sextarios Romanos capere scribit: quæ diuersitas ex medicarum & georgicarum mensurarum diuersitate orta videtur: nam inter mensuras Articas seu medicas, & georgicas proportio est sesquialtera. Chœnix vero cibus erat diurnus seruorum Græcorum, quemad-

modum fuit demensum Romanorũ cibus menstruus, quod quidem continuit modios quaternos, qui faciunt sextarios quatuor & sexaginta: si igitur mensis statuatur 30. dierum, cibus diurnus duo erunt sextarij, sed supererunt quatuor, qui corollarij vice dati censeri possunt. Romanis quoque militibus sextarius castrensis, qui duos vrbicos capiebat, mensura erat cibi diurni, & Herodotus tritici chœnica absumendam quotidie singulis viris, qui erant in exercitu Xerxis, partitur: vnde apparet eandem victus rationem Græcis & Romanis domi militiæq; fuisse. Capacitas igitur Chœnicis ex sextario, de quo suo loco, apparet. Pretium haud dubiè varium fuit. Cicero in Verrem Modium in Sicilia lege æstimatum scribit ternis sestertijs, aut quaternis si erat imperatum frumentũ. Iam cum modius capiat sextarios 16. Chœnix qui continet duos sextarios, emetur asse vno & quadrante Orey Basel rappen, si pretium modij fuerint quatuor sestertij: Quare cum in Apocalypsi dicitur Chœnix tritici æstimabitur denario, significatur magna annonæ caritas, videlicet panem diurnũ qui aliâs cruciato aut paulò pluris emebatur, octo cruciatis emendum esse, Ein halber vierling/oder ein imme.

Chus qui & chœus quoq; dicitur vasis primũ genus quo aqua hausta fundebatur, deinde Attica mensura liquidorum, quæ vt apud Romanos Congius sex continet sextarios. Orey

maaß/

maaß / Drey Fannen.

Cicar Hebræorum pondus, quod duplex fuit: Cicar sanctuarij quod Iosephus cinchares nominat, & in Græcam linguam conuersum talentum significare tradit, id pendebat centum minas. Cicar congregationis quod & vulgare nominatur, hoc vt ex 38. cap. Exodi intelligitur fuit quinquaginta minarum. Ein centner.

Cimelium, quod reponitur extra quotidianam vsum, κειμήλιον. Geschmuck vnd Kleinoter.

Cistophorus Cic. Asiaticus nummus, cuius pretium fuit pauxillo maius, quàm denarij dimidium: ita dictus, quod ea moneta expressos haberet cistigeros, qui sacrorum arcana cistis inclusa gestarent. Quatuor autem denarij (vt ex Festo colligere licet) efficiunt septem cistophoros cum semisse, ex qua summa ad calculos reuocata colligitur eius pretium ad tres obolos cum semisse, nostra moneta. Ongfaar zwen Basel plappart.

Clima agri mensura quæ quoquo versus pedum est sexaginta. Columella auth. Ein vierung felds sechtzig schůch breit vnd sechtzig schůch lang.

Cochlear seu ligula mensura liquidorum minima Latinis, quarta pars cyathi: Græci mystrum nominant. Est & alind minus cochleare Atticum, Cleopatræ decima cyathi pars: Fannius cochleare facit cyathi quartam & vicesi-

mam partem: Scribonius Largus minus habet cochleariũ: cyatho enim tribuit triginta. Ein löffele.

Coclanarium nominant Arabes medici, vel eorum barbari interpretes, cochleare, è Græco κοχλιαρίου nomine coclanarij formato.

Collathum apud Syros est media humidi bathi pars: est vero sextariorum quinque & viginti, vt Epiphanius tradit.

Collecta pro pecunia quæ à conuiuis exigitur. Geloch/zirten maalgelt.

Collybus pecuniæ permutatio. Wächsel.

Collybo pecuniã curare, vel mittere. Gelt durch einen wächselbrieff schicken.

Comistrũ quod baiulo datur. Träger oder sackiner lon/farenzieher lon.

Concha liquidorum mensura Græca (qua tamen & Latini vsi sunt, sicut & pro vasis genere) duplex est, maior quæ æqualis est oxybapho: minor quæ dimidium cyathum capit.

Congius Græcis χοῦς liquidorũ mensura capit sextarios sex. Drey maaß oder drey kañtẽ.

Congialis, id est vnius congij. Plautus, Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Congiarium congij mensura: præterea munus quod à Cæsaribus, vel imperatoribus amicis dabatur: inde fortè dictum quod primò congij vini vel olei dabantur, deinde res aliæ cœperunt dari eadem manente appellatione: scribitur enim à Suetonio Augustum congiaria po-

pulo frequenter dediſſe, modo quadragenos, modo tricenos, nõnunquam ducenos quinquagenoſq; nummos. Fürſten gaab.

Contubare Cic poſterioribus creditoribus ſatisfacere, præteritis veteribus. Die leſte ſchuld abtragen vnd die alten bleyben laſſen.

Cophinus menſura eſt Bœotia ram aridarũ quàm liquidarum rerum, capiens congios ſeu choas tres. Halt nün maaß oder kannten.

Corboni medicis Arabibus heminam declarat: interpres Auicennæ cotylam Græco nomine appellat, Raſis interpres phialam reddidit: cum tamen phiala menſura non ſit ſed genus poculi.

Cor vel Corus ampliſsima menſura aridorum apud Hebræos, quæ capit medimnos Atticos decem, ſextarios 720. Ein malter/Marlie ſius achtetes für zehen Leyptziger ſcheffel.

Coronariũ quod principi ad inaugurationẽ ſeu nouum honorem donatur. Gaab die man einem künig oder fürſten auff ſeiner krönung ſchenckt.

Cotyle vaſis genus & menſura humidorũ, qui etiam ἡμίξεστον & τρυβλίον Græcis, & Latinis hemina nominatur, quæ ſemiſextarium ſiue cyathos ſex continet, Viteberg̃ ein halber nöſſel Agricolæ. Glareano Benedictinorum poculũ: apud nos ein halbs quertlin.

Cuathum & propoſitio articulo Alcuathum cyathus eſt Mauris, Græco nomine κύαθος

Arabica barbarie deprauato.

Cubitum & cubitus à Græco fluxit, etenim ἄγκων Hippocrates appellat κύβιτον, id vero habet pedem vnum & dimidium, estq; extensio inter flexum brachij & supremam medij digiti partem: eadem mensura quæ & vlnæ, ijsdem enim nominibus idem membrum appellatur, vnde Pollux, πῆχυν cubitum inquit, vlnam quoque ὠλένην nominari Petrus Victorius in fine variarum lectionum scribit πῆχυν esse duorum pedum, ideoq; duobus palmis cubito longiorem. Apud Persas regium cubitum tribus digitis maius erat quam mediocre. Ein eln/anderthalben schůch.

Cubitalis πηχυαῖος. Ein eln/ anderthalben schůch hoch oder lang.

Culei dicebantur vtres è corio in quibus vinum & oleum portabatur, in eiusmodi quoq; culeos è corio parricidæ viui insuti in proximum mare vel amnem deijciebantur. Culeus etiam est maxima mensura liquorum Romanis, quæ amphoras capit viginti. Helt zwentzig omen.

Culeare dolium. Ein vaß das zwentzig omen helt.

Cyathus ἀπὸ τοῦ χεῖν à fundendo Græcis dictus, poculum quod in sympuli locum successisse in conuiuijs dicit Varro, cum in sacrificijs manserit altera appellatio. Inde translatus ad mensuram cyathus, quorum duodecim sextarium

rium complent. Ad cyathi mensuram accedunt minuta pocula quæ fabri argentarij aliquando ex vncialibus nummis cudunt. Taler Bücherlin. Glareanus cyathi mensuram quadratam facit, longitudine duorum, profunditate vnius, latitudine sesquipollicis: quæ contineat liquoris alicuius vncias duas. Quare puerilitèr errant qui cyathum mensuram credidere poculũ vulgare esse, quale hodie plerunq; in mensa cõuiuis præponi solet, cum huiusmodi pocula frequenter quatuor cyathos capiant.

Cyprus mensuræ nomen apud Alcæum & & Hipponactem, eiusdem cuius medimnus capacitatis Hesichio auctore. Epiphanius vero, Cyprus, inquit, apud Ponticos mensurã est ficorũgerminum modij duo, qui ipsis dicitur esse chœnicum quinq;, vt Cyprus sit sextariorũ 50. magnus etenim modius eis est sextariorum viginti quinque.

Cyzicenus stater viginti octo drachmas Atticas valebat, taxatur duobus aureis Vngaricis & tribus vndecimis vnius aurei Ongfar vier gulden.

D

DActylus, digitus, minima mensurarũ quibus interualla metimur: spatium digiti lati siue transuersi. Ein zwerch finger. Est etiam digitus quadratus in longitudine & latitudine æqualis: & rotundus tribus quartis decimis sua quadrato minor, quia anguli deteruntur.

M

Digitalis, Plinio, Radix anchusæ digitalis crassitudine Eines fingers dick.

Dactylodochme, paleste, doron, & dochme, palmus, constas quatuor digitis. Ein zwerch hand.

Dadix mensura est sex chœnicum capax apud Pollucem.

Danaces nummus est barbarus, quem isti in os mortuorum imponebant, vt pro vectura soluere possent Charonti, atque sic nummum funebrem appellauit Callimachus & Plutarchus. Aristophanes & Lucianus obolos mortuis datos fuisse dicunt: Iuuenalis trientem

Danicum nummum in magna Antiochia signatũ fuisse Suidas auctor est, quo vsi sunt ad conficiendas negotiationes exiguas.

Danich pondus Arabum, quod pondus à Græcis ὕφακος, à Latinis lupinus dicitur, Arabes Cleopatram imitati aiunt pendere duas oboli tertias partes.

Darchimi apud Arabes & Darchemon apud Hebræos medicos, est Græca vox δραχμὴ, ab vtriusque literarum immutatione corrupta.

Daricus, nummus aureus à Dario Persarum rege percussus: hic enim cum cuperet tale monimentum sui linquere, quale nullus rex reliquisset, ex auro, quod quam fieri potuit purissimum excoxit, nummos percussit Valebat autem Daricus quantum aureus Atheniensis, vt Harpocration annotat, drachmas duas Atticas pendens.

pendens Falsus itaq; est Glareanus qui Dariũ nummum fuisse tetradrachmalẽ scribit: grauiorique errore implicitus tenetur Budęus, qui octo drachmarum esse voluit, secutus eos qui ab Harpocratione erroris insimulantur. Hadr. Iunius. Agricola Daricum stater em æstimat duobus coronatis Francicis & septem eiusdem auri Francici momentis. Helt zwo sonnenkronen vnd sibenetz oder gränli.

Decemmodiæ vasa rustica apud Columellam decem modiorum.

Decempeda, perrica, ἄξων instrumentum quo vinarum & agrorum metatores apud Græcos & Romanos vsi sunt, à numero pedum denominata: Ein maaßstab oder strangen zehen schüh lang.

Decempedator, metator.

Decoquere Cic. creditum non reddere, credito fraudare. Aufstehen/ein frischen tisch machen.

Decussis decem asses, denarius. Halt zwẽ batzen/oder creützer

Demensum mensura stata quatuor frumenti modiorum, in singulos menses seruis appensa vel admensa, à metiendo nomen accepit Plauto Respondet autem demenso Gręce σιτομέτριον, quod in triginta dies datum fuisse militibus scribit Polybius. Die vaadt.

Denarius, numinus ità dictus quòd denos æris valeba[illegible] hoc est decẽ asses, quapropter &

decusse signabatur, vt Sosipater annotauit. Ali quando simpliciter nummus nominatur, sicut & sestertius, vt quinquageni nummi Plinio, id est 50. denarij: aliquando ad nummum adijcitur denarius vt verbum ambiguum distinguatur, Varro numi denarij decuma, libella. Bello Punico denarius sedecim assibus permutatus fuit: fuerunt autem decem asses pediti Romano diurnum stipendium: prætoriani milites duobus denarijs merebant: Tacito authore, Plinius tamen in militari stipendio denarium pro decem assibus datum scribit. Denarius legitimus pendebat septimam vnciæ partem, drachmam Atticam & septimam eius partem, itaq; etiam pretium eius superabat: veruntamen etiam apud veteres drachma & denarius idem significare & tantundem valere dicuntur. Ein halb ort/acht creützer. Germani pedites gregarij qui plerunq; menstruum stipendium habent aureorum quatuor, similiter vt Romani denarium seu decem asses in dies singulos merent: sed à Gallis Heluetio pediti maiora stipendia persoluuntur, denarij ferè duo in singulos pedites diurnum stipendium, exceptis his qui plura stipendia merent, vt sclopetarij, signiferi, & alij.

Denarius pondus denarij, drachma, septima vnciæ pars, nam in libra denarij 84. apud Romanos incurrunt: Halt etwas mer dann ein quintlin.

Deunx vnciæ vndecim, Einlif vntz, non tantum de libra seu pondere, sed de pede iugero, hora, sextario, &c. dicitur Martialis, Poto ego sextantes, tu potas Cinna deunces. Deuncem nominat sextarij cyathos vndecim. Ein wenig minder dann ein halbmaaß.

Dextans vnciæ decem, Zehen vntz/ fünff sechsteil eines dings. Omni asse in duodecim partes diuiso, decem partes faciunt dextantem.

Diarium. Horat. diurnæ operæ pretium. Tagslon.

Diaulus duo stadia: Stadium à veteribus dicebatur αὐλός, vnde δίαυλος duo stadia: erit igitur diaulos 1200. pedum seu ducentorum quinquaginta passuum. Zweyhundert vnd fünffzig schritt/ oder zwölff hundert schůch.

Didrachmum nummus argenteus qui pendit duas drachmas. Didrachmum Athenienſe quod haberet expressam bouis effigiem ab vna parte, & ab altera Thesei, bos appellatum fuit. Vierbatzē/ ein ort eines guldins. Didrachmi mentio fit in euangelica historia Matth. 17. pendebatur enim à singulis Iudæis dimidium sicli, hoc est didrachmum, quotannis sanctuario: hanc pensionem templo adempram Romani suis magistratibus solui iusserunt, idq; tributum Christus quoque eo loco soluisse scribitur. Septuaginta siclum didrachmum transferunt Numerorum 3. [illegible] cum tamen siclus sanctuarij,

de quo illic ſcribit, quatuor drachmarũ fuerit.

Digitus, menſura minima interualli, quem latum aut tranſuerſum intelligimus, hanc ex quatuor latis hordei granis conſtare dicunt: vi de Dactilus Ein zwerchfinger.

Diobolus vel diobolum, Athenienſis num mus duorum obolorum, inſculptum habens hinc Iouis ſpeciem, illinc noctuam, vnde à non nullis etiam γλαῦξ noctua fuit dictus. Cum autem drachma habuerit ſex obolos, colligitur prerium dioboli maius fuiſſe duobus cruciatis, duabus tertijs vnius cruciati Etwas mer dan ein Baſel plapart. Agricola diobolum Atticũ taxat einliff Meißnisch pfennig / ein heller vnd ein Dritteil eines hellers.

Diobolarias meretrices Pacuui. & Plaut. Græcos imitati, appellant contempta & abiecta ſcorta.

Dochme ab accipiendo â Græcis appellata, eſt ea menſura quam Latini palmum nominãt, conſtat autem quatuor digitis. Vide Dactylodochme Ein zwerchhand.

Dodrans vnciæ nouem, neũn vntzen. Cæterum quia ſpithame Græcorum (quam quidam palmum maiorem appellant) hoc eſt, interuallum inter pollicem & minimum digitum diductum, conſtat nouem vncijs pedis, ſeu palmis tribus, Latini στιβαμην dodrantem appellarunt Ein ſpann. Cuiuſcunque ſolidi tres quartæ partes dodrans etiam appellari poſſunt.

Dodran-

Dodrantalis herbula. Ein kreütlin einer ſpann hoch.

Dolichus eſt duodecī ſtadiorū. Anderthalbe Italianiſche meil/ fünfzehenhundertſchritt.

Donarium Macrob. proprie, quod in ſacrum vſum cōfertur, ἀνάθημα. Kirchen gezierd/ oder geſchenck.

Donatiuū Suet. quod ab exercitus imperatore militi confertur. Ein herren geſchenck.

Dorach Italicum apud Arabes idē eſt quod amphora Romana. Ein omen.

Doron Græcis idem quod dochme & dactylodochme & Paleſte, Latinis palmus: δῶρον autem Græci appellant palmum, quòd munerum dario Græce δῶρον appellatur: id autem ſemper geritur per manus palmum. Ein zwerchhand.

Dos à marito profecta φέρνη ἔδνον: at προῖξ quæ ab vxore. Morgengab/ heimſteür.

Dos profectitia Vlpiano, à parente virilis ſexus profecta.

Dos aduentitia ab extraneo donata, vel ex ipſius mulieris bonis.

Drachma ponderis nomen eſt, cuius nomen & vſus in myſtopolijs manſit, octaua vnciæ pars. Ein quint.

Drachmæ nomen cum ſolum ponitur, Attici nummum intelligunt drachmæ pondere, qui quantum valeat ipſum pondus indicat. Ein quint ſilber. Drachma tamē Aegyptia, quę etiā

Atticæ respectu παχεῖα crassa dicebatur, plus pẽ pendit: nam cum Attica esset sex obolorũ, hæc decem obolos pependit. Halt zů den 13. creů tzeren/Attica vero zwẽ Batzen/acht creůtzer.

Drachma in interuallis est pars octaua, vncię pedis verò nonagesima octaua. Der ach tet teleins zols.

Duapondo, Fabio, & pondo dua Scribonio Largo. Zwey pfund.

Duella, tertia pars vnciæ, binæ sextulæ: continet octo scriptula, siue drachmas binas totidemq; scriptula.

Dupondius vel Dipondius nummus æreus Romæ duarum libratum, duo enim asses quos pendebat olim liberales erant. Huic pretio respondet ein Doppel vierer.

E

Elephas mensuræ aut potius vasis nomen, tres implebat congios.

Emere ab hasta, in auctione emere: nam vbi auctio fiebat, hasta olim de more erigebatur, tanquam præcipuum signum, vt Festus annotat: vnde & hasta apud Ciceronem pro ipsa bonorum venditione siue auctione ponitur: quod hastarium dixit Tertullianus. Offentlich kauffen/auff der gant kauffen.

Epha aridorum mensura apud Hebræos decima pars Cori: capit tria sata, apud Hebræos: apud Atticos medimno par est, quare etiam sextarios septuaginta duos recipit. Ein schefel.

Euan-

Euangelium Cic. quod læta nuntianti dat̨ur. Das Gottten Brot.

Euib idem quod Aben apud Arabes, Sext̨arius.

Examen Virg. lingua ſiue lingula, quæ in ansa huc atq; illuc nutant, dum lancibus æquatis reſpondeat ſummo puncto. Das züngle in der wag.

Extar ęs theatricum, quod ſpectaculorum gratia dabatur. Gelt ſo man gibt etwan ein ſpyl zů ſehen.

F

FAhaliel, & Falgerin medici Arabes & Mauri cochleare appellant. Ein löffele.

Faſciculus Scribonio, manipulus Celſo. Handuoll/hand büſchele.

Finitor idem qui & decempedator, & metator.

Fiſcus principis ærarium, à fiſcis ſiue fiſcellis, hoc eſt, ſportis quibus includi & aſportari pecunia publice principi debita ſolebat. Eins Fürſten ſchatz.

Fœnus, vſura, fructus è pecunia fœnori data collectus, quòd ad ſortem vſu accedat: fœnus vero quod ſit accepti veluti fœtus. Wůcher.

Funiculus, ſchœnos, Aegyptia menſura ſexaginta ſtadiorum, ita dicta D. Hieronymo auctore, quòd Aegyptij in Nilo flumine, ſiue in eius riuis ſolerent naues funibus trahere certa

habentes ſpacia, que appellant funiculos, vt labori defeſſorum recentia trahentium colla ſuccedant. Schœnos macht 7500. ſchrit/ zwo ringetetiſche meylen.

Funiculus inſtrumentum quo vinearum & agrorum metatores apud Perſas & Aegyptios vſi ſunt. Fuit autem Funiculus Ptolomæo ſiue potius Marino triginta ſtadiorum, Aegyptijs ſexaginta.

G

GAbenum menſura georgica, apud quã nationem in vſu fuerit non traditur, habuit autem eandem quam acetabulum capacitatem Heſichio.

Garme quod etiam Karmes dicunt Arabes, factum eſt tranſiectione & immutatione literarum ex Græco verbo, quod eſt gramma, & ſcrupulum ſignificat. Ein ſcrupel.

Gerah Hebræũ pondus vigeſima ſicli pars, pendit obolum Atticum & quintam eius partẽ, itaque Græci & Latini obolum vertunt. Der fünffte teil eins quintlins/ ein gran. In re moneraria Græra in noſtra moneta. Ein Doppel vierer.

Gomor ſeptuaginta interpretes appellarũt eam menſuram quam Hebræi Omer nominãt, Ioſephus Aſſaron alicubi trãſtulit decima pars Ephæ.

Gradus, vt Boerius inquit, eſt menſura duorum pedum & dimidij: ſed veruſtiores hoc nomine pro menſura nuſquã vtuntur, ſed illis pro

greſſum

gressum quendam significat. Ein schritt.

Gramma Græcum pondus, drachmæ tertia pars Latinis scrupulum, vetustioribus Græcis diobolum. Ein theil eins quintlins.

Granum nominant quidam drachmæ partẽ septuagesimam secundam.

H

HAstæ subijcere, Cic. sub corona vendere Iustinio, sub corona venire Cæsari, in pro parulo vendere, hastam in foro ponere, & bona voci subijcere præconis, auctionari. Offentlich vergantren vnd verkauffen.

Hemina ex Græco ἡμισυ, quod est dimidia pars sextarij, cotyle Græcis, liquidorum & aridorum mensura, continet cyathos sex: Georg. Agr. Ein halber noßel/item ein halbe maaß: apud nos ein halb quertlin.

Hin mensura liquidorum apud Hebræos capit Logos duodecim, duos congios, siue sextarios duodecim. Helt sechs maaß.

Homer, Vide Omer.

Honorarium quod honoris ergô magistratui aut principi Reipublicæ nomine offertur, non tanquam debitum. Vereerung/ereschẽke zů einem Fürsten oder Oberkeit.

Honorarium etiam merces quæ medicis, iureconsultis, aliĳsq; operã beneficĳ loco præstantibus dabatur. Lerenschenck/eerlicher lon.

Hostoriũ, Plauto, & radius, lignũ teres quo mensuræ æquantur. Streichholtz/streiche.

Hydria apud Ponticos mensura est decem sextariorum Alexandrinorum, Epiphanio auctore.

I

INium Aegiptiaca mensura: Sextarius.

Iohein apud Arabes significat Congium.

Isagogicum quod pro rudimento donat discipulus, vnde Isagogicum dependere, Budæo, quod ferè consonat cum illo Ciceronis, Rudimentum ponere, & rudimentum tyrocinij deponere, Iustinus. Das wilkum̃ gelt gebē vnd bezalen/ Denintroitumgeben.

Iugerum ruris modus, quem vno die iuncti boues iugo vno exarare possunt, habetq; duos quadratos actus: patet 120. pedes in longitudinem, dimidiumq; in latitudinem. Ein juchart/ was ein par ochsen auff ein tag eren magt,

Iugum scapus bilancis, de quo lances vtrinque dependent.

K

KAsfuf Arabica mensura, quæ etiam anecsuneſi barbaris hacsuneſi, & acsasse dicitur: acetabulum.

Keiliati, Arabicum, manat à Gręco verbo, quod est κάλυξι est autem ea mensura quam Græci vocant τέταρτον, Latini quartariū, quod quarta pars sit sextarij.

Kermet Arabicū pondus quod & Garme: Scrupulum γράμμα.

Kestuf apud Arabes, idem est quod Græ-

cis

cis χαλκοῦς, Latinis æreolum: quod iuxta ipsos duo hordei grana pendit.

Kirat imitatione Græci vocabuli κεράτιον, siliqua. Est autem omnis Kirat Auicennæ quatuor grana hordei.

Kist apud Arabes ea mensura est, quam Romani sextarium nominant. Eadem mensura Aben & Euib vel Enib & Acsat ab illis appellatur.

L

LApis terminalis seu terminus quo olim nõ solum agrorum limites, sed milliaria signabantur, inde legimus ad secundum, ad tertium, ad quartum lapidem: quo modo veteres etiam dixisse ad tertium cippum Valerius Probus auctor est: nam cippus lapidem terminalem & terminum significat.

Lanx. Wagschüßlen.

Lautia Liuio, munera quæ legatis exterarum nationum dabantur. Frömbder Bottschafft geschenckt.

Legatiuum Vlpiano, quod dabatur legato viatici & impensæ nomine. Zeergelt einer Botschafft.

Lepton, Vide Minutia.

Lethec aridarum rerum mensura apud Hebræos, media pars cori, recipit ephas quinq.

Leuca Gallicum nomen: nam vt Ammianus Marcellinus scribit, Galli non mille passibus, sed leucis itinera metiuntur, quæ mensura

Gallica est mille quingentorum passuum, vt ex decimosexto libro eiusdem colligitur: hodie tamen duobus ferè millibus passuum à Gallis definitur, & nomen seruat. Ein Frantzösische meil oder Leuca.

Libella nummulus argenteus denarij pars decima, valebatque assem qui erat libralis ex ære Proinde as, libra & libella argenti Plauto, Libella Cic. & assis, pro eodem accipiuntur. Ein Basel vierer.

Libra instrumentum quo res ponderantur. Ein wag.

Libra pondo. Ein pfund. Statuunt autem libram triplicem: mercalem siue zygostaticam, qua negotiatores institoresq; quinq; merces appensas venundant, vtuntur, sedecim vnciarum: alteram Romanam duodenum vnciarum, quæ Romanis olim vsitata & scriptoribus omnibus est decantatissima: & tertiam nummulariam dictam & octonariam, vulgò marcam, quę Romanæ bes est.

Libra mensuralis μετρικὴ. Ein pfundmaaß in der Apotheck.

Libralis, Plinio. Columellæ. Eins pfunds schwär/Librale cornu Plinio. Das ein pfundmaaß fasset, Libræ mensuralis capax.

Lichas Græcum mensuræ nomen Latino nomine caret, est interuallum inter pollicem & indicem, cum quam fieri possit maxime distenduntur. efficit vero digitos decem, seu pal-

mos duos & dimidium.

Ligula, & instrumentum est hauriendi sicut cochlearium, & certa mensura, cochleare. Plinio etiam lingua nominatur. Ein löfele.

Log vel Logus mensura Hebræa minima in liquidis & aridis, quam Hebræorum magistri tradunt sex gallinæ oua continere: duodecima pars in liquidis, & in aridis quarta pars cabi: Sextarius. Ein halbe maaß.

Lytrum Ennio quod pro captiui corporis redemptura dependitur. Ranzung.

M

MAeotrum quod obstetrici datur. Der hebammen lon.

Maneh Hebr. ponderis nomen, quod Græci Hebræos imitati μνᾶν, Latini minam vocant, drarum librarum & dimidiæ: siclorum sexaginta. Germanice ein schock, quod nomen 60. significat.

Manes Arabicum mina, quę illis duplex est, Romana vnciarum viginti, & Alicarica, Balaria, & Aegyptia vnciarum 16.

Mantissa Lucilio, additamentum Cic. auctarium Plin corollarium, accessio Cic. Zůgab/ zůmaß/übermaß.

Marcam hodie nominant argentarij & monetales libram suam vnciarum octo, quæ zygostaticæ semis est, Romanæ verò bes: ideoq; Marca bes argentarius Latinè nominari potest.

Medimnus, Attica aridorum mensura, continet 48. Chœnicas, modios Romanos sex.

Meneroth vasculi nomen apud Hebræos, quod Epiphanius tradidit esse mensuram cyathi.

Menytrum quod indici & exploratori datur. Geleits lon.

Mensura, metrum Victorino, maaß: sunt autem mensuræ duplices: alteræ quibus moles rerum liquidarum aridarumq; metimur: alterę quibus longitudinem, latitudinem, altitudinem corporum siue interualla.

Menstruum Vlpiano, pro stipendio militis in mensem. Ein monat sold.

Menstruum etiam Ciceroni & Liuio, cibarium in mensem. Fürsehung der prouiandt für ein monat.

Merces Cic. conductionis locationisq; prę mium, aut pro opera. Lon/lidlon/taglon.

Mestarum aut Mustarum Arabibus mensura Græca mystrum.

Metretes, Amphora Attica, Cadus, liquidorum mensura maxima apud Atticos, capit Choas duodecim, sextarios 72. Baltadertbalben omen ongefaar wie eiu lagelen. Cum igitur in nuptijs in Cana cum ex aqua Christus vinum fecit, sex hydræ singulæ binas aut ternas metretas ceperint, Christum intelligimus suppeditasse magnam vini copiam: quæ res pertinet ad miraculi magnitudinem & dignitatem.

Metrum

Metrum bioticum, Victorinus vocat, quod in vitæ vsu taxatur. Quatuor autem modis accipitur, per spatium longitudinis, vt cubitale: secundo per examen ponderum, vt librale: tertio per qualitatem acerualem, vt in modio: quarto per humidam & fluxam qualitatem, vt cyatho, congio.

Milliare & milliarium, mille passus octo continet stadia: lapis etiam ita accipitur, & cippus Valerio Probo: quia milliaria olim lapidibus & cippis signabantur, cuius rei documentum adhuc extat in Venera ditione. Ein meil tusent schritt lang.

Mina Attica erat quasi libra Attica, fuit autem mina Attica quatuor drachmis grauior Romana libra: sed vt drachmam Atticam denarium Latini transtulere, quamuis septima parte denarius grauior fuerit, ita etiam minam libram transferunt. Cæterum in re nummaria mina quia centum drachmas pendit, a Budæo æstimatur decẽ coronatis Gallicis qui bilibres sint Francica æstimatione, id ad nostrę monetæ rationem facit duodecim aureos & semissem. Zwölff guldin vnd ein halben / den fl. für 64. creützer gerechnet.

Minerual quod præceptori pro institutione numerarunt a Minerua artium præside. Leergeld / schůlgelt.

Minuta vel minutum æris septima æris pars cum [illegible] ponderibus tum in re nummaria

ria: apud nos nummulum qui huic respondeat non habemus. Ist minder dann ein vierteil eines hallers. Marci 12. Vidua pauper misit in gazophylacium minuta duo, quod est quadrãs Euangelista interprete. Quare necesse est alia fuisse Hebræorum minuta, si numerus non sit corruptus, nam aliâs quadrans Romanus valet 6. minuta & præterea tres decimas vnius minuti partes. Quidam tranferunt minutum seu lepton. Ein scherfflin/ein myt inde Nit ein myt/renuendi formula.

Missilia in Digestis donaria quæ in vulgus promiscuè spargit princeps aut magistratus. Herren gaaben vnd gelt so man vnder das volck wirfft.

Missochaus idem quòd ἡμιχόες, medius congius. Arab.

Modiolus mensuræ genus apud Plautum, cuius capacitas ignoratur. Quia ei promisi modiolum vini dare. Celsus in diuersa significatione χοινικιον modiolum transtulit. Est & vasis nomen situla. Ein eimer.

Modius aridorum mensura maxima apud Romanos, continet sextarios sedecim Agricolæ. Ein sechszehenteil eines schöffels. Nobis ein vierteil.

Modialis Plauto, Aula modialis, quæ modij habet mensuram.

Momentũ σιγμὴ media pars minuti. In rationibus monetariorum momentum. Ein eß

oder

öder ein gränlin.

Momentum. Außzug im gewicht.

Moneta à monendo dicta, nummus, numis, numismа, pecunia à pecore quæsito nomine. Müntz/gelt.

Moneta proba. Güte müntz/gůt gelt.

Moneta adulterina, improba. Falsche vnd böse müntz/verrüffte müntz.

Moneta accisa, arosa. Beschnittner pfennig.

Monetaria officina. Die müntz.

Mustarum, Arab. mystrum.

Munus, munusculum, donū. Gaab/schencke.

Mystrum Attica mensura duplex fuit, maius rei rusticæ scriptoribus in vsu, decima sexta pars cotyles, minus medicum vicesima secunda pars cotyles. Est autem mystrum appellatum ἀπὸ τῶ μυός: μῦς vero conchilij genus est Aristotelis.

N

NAulū Iuuenali quod prō vectura & traiectu soluitur. Fürlon/schifflon.

Nebel Hebraicum verbum est & significat vtrem, Epiphanius mensuram facit sextario rum centum quinquaginta.

Nomen quod nōs debemus, aut quod nobis debetur. Schuld.

Nomina impedita. Verworne schulden/alte vnd verlegene schulden.

Nomen dissoluere Cic. Schuld abzalen.

Nomina facere Cic obligare se debitorem cautionibus: ita enim nomen accipitur pro debitoris obligatione, in Digestis. Schuld auff den stellen.

Nomina exigere. Schulden erfordern oder eynziehen.

Nonussis nouem asses.

Numisma Horat νομισμα, nummus ita nominatus tanquam legitimum quiddam, & vt Aristoteles scribit, quod non natura sed lege factus sit Müntz/gelt

Nummus idem.

Nummus asper Suetonio, recenter & notis suis affabre expressus atq; percussus. Erst oder neuwgeschlagner pfennig.

Nummum percutere, signare, monetam cudere vel argentum, Terent. ferire pecuniam Plinio. Müntzen / münts oder gelt schlahen.

Nummum commouere Cic. pecuniam à mensarijs accipere fœnori. Gelt auffnemmen.

Nummum commutare. Gelt wechsslen.

Nummaria tessera, scheda qua exhibitæ pecuniæ repræsentantur. Wächselbrieff.

Nummaria difficultas Cic. argentaria inopia. Mangel an gelt.

Nummariam rem constituere. Ordnung vom gelt aufbringen.

Nummus aureus, qui & solidus, & aureus stater, viginti quinque denarios valebat, siue se

ſtertios centum, taxatur Roſato quem Anglia dat, tribus aureis Rhenenſibus & præterea drachma.

Nummus Daricus, Vide Daricus

Nummi puri aurei vel argentei. Die von lauterem gold oder ſilber one zůſatz gemünzt ſind.

Nummus aliquando abſolute pro denario, aliquando vero pro ſeſtertio ponitur.

O

OBlatio legitimæ penſirationis genus, quod Latina voce ſubſidia vocamus. Gult ſo man der oberkeit gibt.

Obolus & ponderis & nummi nomen, ſexta drachmæ pars. Der ſechßt teil eins quintlins. Obolo Attico in noſtra monera ſimilis fere eſt noſter as: Ein Zürych ſchilling/thůt anderthalber creützer: redundat tamen in drachma cruciatus vnus. Philippus obolum quinque Myſorum nummulis æſtimat. Fünff Meißniſch pfennig.

Oephin menſura Aegyptia eſt quatuor Chœnicum apud Heſichium.

Ologinat Arabibus drachma, ὁλκὴ.

Oluarium Antiſtius Labeo ait eſſe menſurę genus, apud Feſtum Pompeium: qui tamen eius modum non exponit.

Omer Hebræa menſura qua ſæpius ſacræ

literæ vtuntur, decima pars Ephæ. capit Cabos duos, sextarios Atticos septem & quintam sextarij partem. Ongefaar ein halb vierteil.

Onolossat Arab. obolus.

Orgya Gr. Latine passus (quamuis passus Orgya contractior sit) significat extensionem ambarum manuum, vt & pectus vna cum eis metiaris, est autem quatuor cubitorum siue pedum sex. Ein klafftter.

Orthodoron Gr. palmus rectus, interuallum inter primam palmæ partem, καρπὸν Græci nominant, & supremam medij digiti, efficit autem digitos vndecim.

Oxybaphon ita primo dictum vasculum ad infusionem aceti, vt in id intingerent cibū sumentes, paratum: deinde mensura hoc nomine dicta, Latine Acetabulum, capit sesquicyathū.

P

PAleste, vide dochme & dactylodochme.

Palmicubitum, septem palmorum mensura: Hebræi qui duplex cubitum habent, alterum cubitum & palmum nominant: quod nos palmi cubitum nominamus. hoc. D. Hieronymus perfectum cubitum appellat. Gellius cum scribit septem cubita facere 12. pedes & quadrantem, de palmi cubito loquitur. Regium cubitum apud Herodotum, digito vno minus est: & de hoc cubito Gellium loqui arbitrantur, qui apud eum legunt Pedes XI. S. & quadrantem.

Palmi

Palmi pes ex palmo & pede componitur, est digitorum viginti.

Palmipedalis Columellæ, cui mensura est palmi & pedis.

Palmus quatuor digitorũ est. Ein zwerch hand.

Palmarius Colum. palmi mensura. Per spacia palmaria serere, & inter palmaria spacia deponere. Ein zwerch hand weyt von einander säyen oder setzen.

Parasanga, mensura est persica triginta stadiorum. Drey tausent sibenhundert vnd funffzig schritt/ Ein Persiche meil/ ein lange rüsche meil/ 250. schritt mid dz ein gmeine meil.

Passus, ex passis, hoc est diductis manibus nomen hoc duxit, habet pedes quinq: Ein schritt: multi tamẽ nostrorum per nostrum passum ein schritt pedes duos & semissem intelligunt, quod gradum quidam vocant.

Pecunia à nota pecudum, qua Seruius Tullius Romæ æs signauit, est appellata Plinio: à pecu Varroni: cum apud antiquos opes & patrimonia ex his præcipuè constituerint. Pecuniæ enim significatio ad ea refertur quæ in patrimonio sunt. Farend vnd ligend hab vñ gůt.

Pecunia otiosa Plin. quæ non occupatur & exercetur, nec in nomina aut prædiorũ emptionem collocatur. Gelt das weder in kauffman schatz noch auff gewün auß geben oder angelegt wirt/ můssig gelt.

Pecunia Calendario destinata, in Calendarium conuersa Dig quæ faciendis nominibus occupata est: inde origine petita, quod Calendis mensium ferè pecunia fœnori daretur. Gelt so man auff gewun außgibt.

Pecunia attributa Asconio quæ adnumerari quæritori solebat à tribunis ærarijs in stipendium militi: assignationes sunt qui vulgò vocari putent. Zůgeschrelt gelt.

Pecunia ærosa, Cod. cui plurima æris portio est Kupferig/oder kupfer in gelt.

Pecunia numerata Cic. argentum præsentarium Plauto. Bargelt.

Pecuniam occupare Cic. exercere, & nominibus collocare pecuniam. Sein gelt lassen gewunnen.

Pecuniosus Varro.

Peculium quicquid labore nostro partum & repositum nobis est. Wärbgůt/erwozben gůt/gewunnen gůt.

Peculium Iurisconsulti esse volunt eorum, qui in aliena sunt potestate. Huc spectant illæ loquendi formulæ. In orci peculio numerari, hoc est pro mortuo haberi: & Cupidinis peculio adnumerari, pro amoris vinculis captum teneri.

Peculium profectitium, quod viuens pater filio permittit. Gält so der vatter in seim läben dem son überlaßt.

Peculium aduentitium, quod alius alij con

cedit

cedit exercendum. Gilt das man einem gibt darmit etwas zů handlen.

Peculium castrense, quod in militia acquisitum est, aut degenti militiæ donatur. Kriegs gůt.

Pes, quatuor est palmorum siue digitorum sedecim, diuiditurq; in duodecim vncias, ita vt duodecima pars pedis vocetur vncia: pollicem dici auctor est Frontinus. Porrò pes Græcus & Passus, Romanis sunt longiores, pes quidem semuncia, passus pedę vno & quadrante.

Pes porrectus, est iusta pedis mensura. Ein hender füß/ein werch schůch lang.

Pes contractus, longus & latus semipede. Ein yngezogner füß/oder schůch.

Pes quadratus, longus & latus pede. Füß in quadrant.

Pedalis, Plinio Colum. Pedali interuallo. Eins schůchs weyt von ein anderen. Pedali mensura. Eins schůchs lang.

Pedaneus Colum. Pedenea scrobs. Ein grůben eins schůchs tieff.

Pertica, Vide Decempeda.

Plethrum, Græcum, Latino nomine caret, interuallum est pedum centum Alij scribunt Plethrum esse mensuram terræ habentem cubita sex & sexaginta tot quidem habet cubita, & præterea pedem vnum.

Pondo, si solùm ponitur, idem quod libra significat. Ein pfund: sin alteri vocabulo pon-

deris adiȝcitur, id quod Græci σταθμῷ vel ὁλκῇ id eſt põdere: ſic ſcribitur pondo vncia. Ein vnȝ ſchwär, ad differntiam vnciæ menſuralis. Pondo denarij vnius, &c.

Portorium, Cic. quod portitori in portu ſoluitur pro importatis aut exportatis mercibus. Zoll.

Pugillus. Ein hand voll.

Punctum vnciæ pedis pars ducenteſima octogeſima octaua.

Putare rationes. Cic. Plaut. pro puram putamq; & abſolutam rationẽ cõficere. Die rechnung lutteren vnd klar machen.

Pygme, Gr. cubitum decurtatum minus, digitis ſex breuior quàm πῆχυς cubitum: definitur eſſe menſura à cubito ad digitos concluſos.

Pygon cubitus decurtatus, maior vel palmipes, menſura à cubito vſq; ad extremam manus partem cum digiti inflexi fuerint: digitis ferè quatuor breuior cubito.

Q

Quadrans nummus æreus antea triuncis vocatus à tribus vnciȝs, teruncius Ciceroni: huius nota fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera ratis: aſsis pars quarta, vnde & nomen accepit: denarij verò pars quadrageſima. Gilt als vil als ein Baßler helbling/zewn alt angſter/ein quatrin. Etſchvierer.

Quadrans præterea eſt, cuiuſuis aſsis ſeu ſolidi pars quarta. Pigmæi non ſunt longiores Plinio, quàm pedes duos quadrantem. Zwen ſchüch vnd Viertzol.

Quadrans pedis & palmus eadem menſura ſunt: ſed in hoc reputamus digitos, in illo vncias.

Quadrantali craſsitudine. Plinio. Viertzol dick.

Quadrantaria, vile ſcortum quod quadrante ſe conduci patitur.

Quadrantarius Ein hanrein / ein hellerman / oder hellerhüre.

Quadrantal vocabant antiqui quam ex Greco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit ſextarios. Ein omen.

Quadrigatus, nummus ſignatus quadriga.

Quadrilibris. Plaut Vier pfund ſchwär.

Quartarius, quarta ſextarij pars, cyathi tres, Gratiarum poculum. Ein Bächerle voll. Manlio cũ Gallos Capitolio deiecisſet vniuerſi milites ſelibras farris & quartarios vini ad ædes eius quæ in arce erant contulerunt. Liu.

Quinarius nummus qui & victoriatus à nota victoriæ, dimidium denarij ſeu drachmæ, tri obolus Atticus Ein Batz.

Quincunx. Fünff vntzen oder fünff zol.

Quincuncialis, herba quincuncialis Plinio. Ein kraut fünff zol hoch.

R

RAsta verbum castrense Germanorũ: olim, si D. Hieronymo credimus, certum vię spacium vniuersæ significabat Germaniæ, quod nunc milliare Latino vocabulo appellamus, cum efficiat quatuor millia passuum, atque ita duobus stadijs superet Parasangam Persicam. Ein gemeine Teutsche meyl. Hodie etiam milites Germani cum aliquo itinere perfecto humi strati conquescunt, vt ex lassitudine recreati, mox rursus iter facere possint, rastam nominant.

Repræsentare Cic. ante diem soluere, vel præsentem pecuniam soluere nulla interposita mora. Bargeir dargebe / oder legen.

Reparare Horat. nummis è mercium venditione conflatis aliud quid emere. Etwas anders an die statt kauffen.

Rhytum Mart. apud Athen. duos capiebat congios.

Rotulus libra mensuralis apud Arabes medicos, aut potius eorum interpretes Rotuli nomine pro libra hodie vtuntur incolæ Asiæ minoris, Syri, Aegyptij, Afri, Mauri, ac plures alij.

S

SAbitha Syum est verbum, quod in textu Syrum significat vas, quo de lacu torculis haurimus: apud Ascalonitas est sextariorum duorum & viginti.

Sacoma

Sacoma Vitr. quod lanci trutinæ appensum aut adiuncti æqualitatẽ ponderis cõciliat Hinc aurum ad sacoma appendere. Volkommen gewicht golds gåben Aequilibrium facere.

Sacros vnciam dicunt Arabes.

Satum Hebræa mensura proximè ad modium accedit, continet cabos sex sextarios quatuor & viginti.

Schœnos Herodoto Aegyptia mensura sexaginta stadiorum. Vide Funiculus.

Scorteus nummus D. Hieronymo ex corio confectus. Huiusmodi nummos signauit Fridericus secundus cum in Italia bellum gereret & eum pecuniæ deficerent, quorum singuli valebant aureo nummo: eos posteaquam pecuniam confeciſſet, illum cum aureis commutasse annales tradunt.

Scripulum quarta & vigesima vnciæ pars, scripulũ Varroni. Ein drittel eines quintlins/ Scrupel.

Scrupulus lapillum asperum significat à scrupo, quo nomine quidam perperam proscripulo vruntur.

Selibra Liuio. Ein halb pfund.

Semibella nummulus, libellæ semis, & denarij pars vicesima Ein Bätzler rappen.

Semycotylium quod Latini quartarium appellarunt, tres cyathos capit

Semyciprium mensura apud Hipponactem, quæ iuxta Hesychium dimidium est mediimni.

Semiobolus pendit siliquam vnam & dimidiam, æreolos tres. Jm gwicht thůts den zwölfften teil eines quintlins/ In der müntz ein Dritteil mer dann drey helblig/ Zwen Costentzer pfennig.

Semipes Caroni. Ein halber schůch.

Semipedalis Colum. Asserculos inter se distantes semipedalibus spatijs. Eines halben schůchs weyte von einanderen.

Semis æreus nummus dimidium est assis.

Semissis homo Cic. pro contempto & abiecto.

Semodius dictus à semis & modius quasi semimodius, capit autem sextarios octo.

Semodialis. Caro, placenta semodialis.

Semuncia. Ein lot. Est etiam semuncia mensuralis sicut & libra.

Septunx. Siben vntzen. Martialis Septunce multo deinde perdius stertit. Septunx, septem cyathi.

Sesquimodius.

Sesquncia, sesquiuncia. Anderthalb lot.

Sesquipes. Anderthalb schůch.

Sestertius nummus quasi semis tertius, valebat æris libras duas & dimidiam, hoc est quartam denarij partem. Zwen creützer.

Sestertium cum nomine numerali eodem casu, numero, genere congruens, tum numerus non alius significatur quã profertur. Cic. Duo denos sestertios exegisti, id est, vt idẽ interpretatur

tatur ternos denarios, hi enim efficiunt duodecim sestertios. Si verò duo nomina sestertius & numerale ijsdem casibus non efferuntur, sed illud genitiuo plurali, hoc quod item plurale est & generis neutrius, quouis alio casu, atq; non sequitur mille quod à nomine numerali nunquã dissentit casu, semper intelligitur, vt Salu. præmium seruo libertatem & sestertium centum, id est centum millia sestertium. Plinius. Solum foro extruendo H S mille ducentis Cęsar dictator emit, id est sestertium mille ducentis millibus. Si aduerbium numerale iungitur cum sestertijs significat centena millia, vt Decies sestertium, hoc est decies centena millia sestertiũ.

Sextans duæ vnciæ assis cuiusuis. Zwo vnſſen/ein ſechſſter teil.

Sextarius liquidorũ & aridorũ mensura, capit heminas duas, cyathos duodecim: sextarius appellatus, quòd sit sexta pars congij.

Sextarium in liquidis Glareanus çstimat media mensura Brisgoica. Agricola. Ein nöſſel/ & in aridris. Ein maaß.

Sextula nummus æreus, Varroni æris minima pars, sexta pars vnciæ: pondus sextulæ, pharmacopolæ quatuor scrupulos nominant.

Siclus & ponderis & nummi nomen apud Hebræos: pendit autem siclus gęras viginti Hebræis, hoc est semunciam seu drachmas quatuor, iuxta Iosephum. Epiphanius vero secutus septuaginta interpretes Siclum facit δίδραχμον &

quadrantem nominat quasi vnciæ quartam par-
tem improprie. Hebræorum magistri duos tra-
dunt siclos, sanctuarij semuncialem, & profa-
num qui subduplus sit priori duarum scilicet
drachmarum. Ex pondere nota est sicli æstima-
tio, si ex puro argento fuerit. Ein lot silber,
plerunq; tamen drachmæ ratione medio flore-
no: Omb ein halben gůldin/æstimatur.

Siglus nummus Sardianus & Persicus, va-
lebat obolos Atticos septem & dimidium Xe-
nophonti. Hesychius semiobolo maiorem fa-
cit. Differt à siclo Hebræorum, qui pendebat
24. obolos.

Sicilicus quarta pars vnciæ. Ein halb lot.
Et in mensuris Græcis similiter sicilicus
quarta pars est vnciæ Ein vierteil eins zols.

Siliqua κεράτιον, drachmæ pars decima octa-
ua, quam quatuor grana lentis pendere dicun-
Monetariorum pondus gren quidam siliquas
interpretantur.

Solidos nominat Iustinianus aureos numi-
mos, quorum singuli penderent sextulam sicut
è libra duo & septuaginta signarentur. Dicti so-
lidi respectu semissum & tremissum, qui ex di-
midia & tertia horum parte constabat. Halt
ongfar ein ort vnd zwen guldin. Fuere etiam
alij ex auro solidi grauiores.

Sors, caput, summa, principalis summa.
Haupt sum̃/ hauptgůt/die gantz sum̃.

Sors nautica Modestino, vel traiectitia,

quòd

quòd trans mare vehatur: quod pro itu redituq; in profectione persoluitur. Fürlon/schiflon/ feergelt: oder Das auff die schiffart außgeliehen wirt.

Sostrum quod medico datur pro curatione & restitura valetudine. artzetlon/meistergelt.

Spithame Gr. Latinis dodrans, interuallum quantum est digitis extensis inter minimum digitum & pollicem, nempe trium palmorum. Ein spann.

Sportula apud Iurisconsultos, pecunia ab actore & reo communiter deposita constituendi iudicij gratia.

Sportula Suet. Mart. pro cibo aut donario quod in clientes & saluatores erogabatur.

Stadium mensura qua Græci locorum interualla solent explicare, vt Latini passu, spacium est in sexcentos pedes porrectum, siue centum viginti quinq; passuum. Ein rennweg / rosslauff/ hundert fünff vnd zwentzig schrit.

Stagium idem est quod sextula ἑξάγιον. Der sechßt teil einer vntz.

Stater pondus drachmarum quatuor: nummus etiam argenteus eiusdem ponderis, qualis fuit quoque Hebræorum siclus. Ein halber gulden. Fuerunt etiam stateres aurei, duarum drachmarum, vt scribit Pollux.

Stips Plinio, stipendium Vlpiano, æs militare Ascanio, æs peculium carstrense Pompon. quod militi pro opera mercenaria soluitur: mi

litare ſtipendium, teſte Plinio, erat denarius in dies ſingulos. Sold/krieges ſold.

Stips collatitia Marcellino, quæ in pauperum vſus erogatur. Allmüſen.

Strena Symmacho, munuſculũ quod in anni auſpicio donatur. Strenæ autem primum fuerunt inſtitutæ à Tatio rege, acceptis è luco Streniæ deæ verbenis, noui anni auſpicibus. Das gůt jar/ein nẽüwes jar.

Summam cauere alicui, Sceuola. Einen verſicheren/ oder einẽ verſicherung gäben vmb die gantz ſum̃.

Superpondium, quoddam quaſi auctarium, quod ſuper pondus apponitur. Vbergwicht/ außzug.

T

TAlentum, inter pondera eſt multiplex, apud Vitruuium libro 10. eſt talentum pondo centum viginti librarum. Habet etiam Heſychius diuerſa talenta, vnum librarũ centum: alterum librarum centum vigintiquinque: tertium centum ſexaginta quinque: quartum quadringentarum, & poſtremũ mille centum quinquaginta duarum. Talentum poſſumus reddere, Centner/ qui etſi à centum pondo nomen habet, tamen admodum varia quoque ſunt & diuerſi pondris centenaria.

Talentum Atticum minus ſexaginta minarum, thůt 750. fl. maius octoginta minarum, thůt 1000. fl.

Talentum Aeginæum, 10000 drachmarum Atticarum 6000 Aeginearum: etenim decem drachmæ Atticæ valebant sex drachmas Aeginæas, thuit 1250. fl.

Euboicum fuit quadraginta minarũ, drachmarum 4000 hait 500. fl.

Talentum Hebræorum, sanctuarij drachma rum 12000. siclorum 3000 librarum 120. & aliud talentũ congregationis, quod 2. Sam 14. regium nominatur, vt quidam arbitrantur, media pars superioris 6000. drachmas pendebat. Quidam talentũ regium medio loco statuunt. 9000. drachmarum.

Rhodium fuit 4500. drachmarũ, facit 562. & dimidium fl.

Siculum vetus minarum 24. Das ist/ 300. fl. nouum 12. minarum 150. fl.

Aegyptium talentum pendit pondo octoginta

Babylonium fuit 7000. drachmarum Atticarum, thut 875. fl.

Syrium mille & quingentarũ drachmarum 187 & dimidium fl.

Talenta quædam magis ex consuetudine Græcorum, quàm ponderis ratione denominata sunt, sic nummi aurei Attici dicti sunt auri talentum Pollucis: eodem modo Festus scribit Alexandrinum talentum esse duodecim denariûm: Neapolitanum, sex denariûm: Syracusanum, trium denariûm: Rheginum, victoriati.

Tertiarius, τριτεύς, tertia pars medimni Attici, capit Chœnicas sedecim.

Teruntius minimus numulus argenteus Romanorum, denarij pars quadragesima. Ein Baßler helbling.

Tetradrachmum, & tetrachmum nummus argenteus quatuor drachmarum, qui & stater: talis fuit Hebræorum siclus. Ein halber gulden/oder halber taler.

Tetrastater, Cyrenensis aureus, communi aureorum temperatura æstimatur septem aureis Vngaricis, & septẽ vndecimis vnius aurei.

Tetrobolum, cuius nota apud Athenienses erat Iouis simulachrum cum duabus ab aduersa parte noctuis. Fünff creutzer/vnd drithalben creützer.

Thepah Hebræis ea est mensura quam Græci παλαιστὴν, Latini palmum solent vocare.

Topin mensura decem Chœnicum apud Hesychium, qui tamen nationem quæ hanc mensuram vsurpauerit non profert nominatim.

Trepondo Fabio. Drü pfund schwär.

Tressis nummus tribus assibus æstimatus. Ein Basel plapart.

Tressis agaso Persio, pro contempto & abiecto.

Tributum Cic. Vlp. pecunia populo imperata, quæ à singulis tributim pro census portione colligebatur. Steür/steürgelt.

Tridrachmum nummus argenteus trium dra

chmarum.

chmarum. Ein Frantzösischer Dickpfennig.

Triens nummulus æreus, tertia pars assis. Et triens libræ. Vier Vntzen. Triens pedis. Vier zol.

Triobolum nummus argenteus qui pendit dimidiam drachmam. Ein Batz. Hinc homo trioboli Plauto.

Triuncis nūmus æreus à tribus vnciis quas pendebat dictus, qui postea quadrans appellatus est.

Trutina Vitruu. statera Cic. qua centenaria appenduntur. Schüsselwag.

Trutina Campana. Ein schnellwag.

Trutina momentana, vel moneraria. Goldwag.

Triblium idem quod oxybaphum in Georgicis mensuris, in medicis autem maius oxybapho, idem quod cotyle, & ita frequentius triblium pro cotyle media sextarij parte accipitur, Hemina Latinis.

Trytodoche, theca bilancis. Goldwag täfelin.

V

Vectigal Dig. pröprie portorium quod in itinere præstari solet. Zol.

Vectigal Cic. prouentus annuus, reditus. Portorium pro eodem Plinius extulit. Rennt/ järlichs eynkommen.

Versurã facere Cic. versurã soluere Teren. Aes alienum ex ære alieno soluere. Ein ent̃m zu löschen vnd am anderen anzünden.

Versuram facere etiam est, cum quis pecuniam minore acceptã fœnore, maiore occupat. Ein gält auff genommen/ wũ dyren.

Victoriatus Plin. nũmus signatus victoria, quinarius, triobolus, semidrachma. Ein Batz.

Viuum Latini sortem vocare solent, quòd vel fœnus vel lucrum ex sese pariat. Das hauptgůt.

Vlna quam Græci ὠλένην appellant & cubitus eadem est mensura, Polluci & Suetonio dicta ἀπὸ τῶν ὠλένων, à brachijs. Ein eln. Alij Vlnam volunt esse Græcorum ὄργυιαν quæ est quatuor cubitorum: Plinius enim illud Herodoti de pyramide, τετραπηχυπόργους vertit, quadragenarum vlnarum. Ein Klaffter.

Vncia duodecima pars assis. Ein vntz. Est autem alia mensuralis, alia ponderalis. Vncia pedis. Ein zol.

Vncialis. Literæ vnciales. Grosse Büchstaben Die eines zols groß oder hoch sind.

Vrna Romana mensura, media pars amphoræ seu quadrantalis, capit quatuor & viginti sextarios. Halb zwölff macß.

Vrnale Plinio, vas vrnæ capax.

Vsura est fructus, qui ex pecunia quæ alicui data est fœnori percipitur: ita dicta, vt Varro scribit,

ſcribit, quòd ad ſortem vſu accedat. Wücher.

Vſura diurna, quæ ſingulis diebus ducitur aut penditur: ita hodie Iudæi fœnerantur Chriſtianis etiam poſtquam pignora dederunt. Da man alle tag den zinß oder wücher ſo er nit erlegt wirt zum haupt gůt ſchlacht/Judenwücher.

Vſura menſtrua, quæ ſingulis menſibus ducitur. Da man alle monat den zinß rechnet oder forderet.

Vſura annua, quæ hodie maximè in vſu eſt, & anno abſoluto penditur. Zinß oder wücher vom jar.

Vſura nautica non tam tempus habet definitum, quàm locum in quo penditur, hæc & traiectitia nominatur, ac duplex eſt: aut enim perſoluitur eo loco ad quem nauigatur, aut cum quis redierit eò vnde nauigarat.

Vſura centeſima, cum quis menſtruo tempore centeſimam partem perſoluit. Alle monat vom hundert eins. Añua centeſima. Vom hundert zwölff. Centeſima vſura eſt inſtar aſſis, cuius ratione reliquæ vſuræ cenſentur. Beſsis vſura. Vō hundert acht guldin ein jar.

Semiſsis vſura à Plinio ciuilis & modica vocatur, & à Iuſtiniano permiſſa eſt omnibus hominibus, exceptis illuſtribus perſonis: talē vſurā hodie pendunt Boemi. Vom hundert ſechß.

Quincūcis hodie in vſu eſt Germanis. Vom hundert fünff.

Trientis, seu fœnus trientarium, quod Antoninus Pius exercuit & Iustinianus illustribus personis concedit. Vom hundert vier.

Quadrantis, seu quarta centesimæ. Von hundert drey.

Sextantis. Vom hundert zwen.

Vnciaria, Vnciarium fœnus Tacito, quum pars centesimæ duodecima singulis mensibus soluitur, in Digestis de Ad min. tuc. l. 47. vbi tamen vncias vsuras legitur. Vom hundert eins.

X

XEnium Mart. quod hospitibus donatur. Frömbden oder gesten geschenck.

Z

ZEreth Hebræis, Græcis, σπιθαμὴ, Latinis Dodrans. Ein spann.

43006
5

DOMINICI VINCENTINI LIBRORVM DE PONDERIBUS & Mensuris argumenta & capita.

LIBER I.

Pondera & mensuras promiscuè, alphabetico ordine enumerat, & interpretatnr breuissimè.

LIBER II.

De ponderibus tantum, ijsq; copiosius. Capita habet LXIX.

1 De initio & ortu ponderum.
2 Ponderum diuersorum inter se comparatio.
3 De causa & modo mutationis ponderum per Nicolaum.
4 De his quæ sequuntur ex ponderum assignatione, ab antiquioribus.
5 ¶ Aureum pro drachma in Arabum libris frequenter scribi.
6 ¶ De Chalco granorum duorum pondere.
7 De Tussuc vel tussugi, Kestut, id est, Chalco.
8 ¶ De Kararit seu Kirat, granorum quatuor pondere.
9 De Autulo, alio eiusdem ponderis nomine.
10 De Alkilat, alio eiusdem nomine.
11 De Siliqua, Latino eiusdem nomine.
12 De Keratio, Græco eiusdem nomine.
13 ¶ De Semiobolo, granorum sex pondere.
14 ¶ De Daguanich siue Danich, granorum octo pondre.
15 De Bissiliqua, Latino eiusdē ponderis nomine.

16 ¶ De Obolo, id est, granorum duodecim pondere.
17 De Seminet, semineh, vel seguimen, idest, obolo Arabicè dicto.
18 De Cumulo, vel anulo, alio Arabico oboli nomine.
19 De Onolosar, vel Onolosslich, alio eisdem nomine Arabico.
20 ¶ De vncia denarij.
21 ¶ De Scrupulo.
22 De Guancho, id est, scrupulo apud Arabes dicto.
23 De Gormia, alio eiusdem nomine corrupto à Græco gramma.
24 De Grammate Græco eiusdem vocabulo.
25 De Harme, alio scrupuli corrupto nomine.
26 De Kermet, alio rursus barbaro seu corrupto eiusdem nomine.
27 De Faba Græca scrupulum appendente.
28 ¶ De Tremisse, pondere granorum triginta vel triginta duorum.
29 ¶ De Faba Alexandrina, drachmæ dimidium pendente.
30 De Kemerasi (*id est, faba*) Alexandrina rursus.
31 De Faba Aegyptia, pro eodem pondere.
32 De Balano, pro eodem.
33 De Bachileõ, Arabico eiusdẽ ponderis nomine.
34 De Lupino, similiter pro drachma media.
35 De Bachila, id est, faba, rursus.
36 ¶ De Faba Syriaca.
37 ¶ De Drachma communi.
38 De Drachma Nicolai.
39 De Drachma Celsi.
40 De Drachma Attica.
41 De Numo vel denario argenteo.

42 De Numo aureo denario, ſtagio, ſiue hexagio.
Vide etiam cap. 49.
43 De Atogochilo, id eſt, drachma ſecundum A-
rabes.
44 De Holca, id eſt, drachma Græcè dicta.
45 De Alchi nomine corrupo ab holca, id eſt,
drachma.
46 De Darchimi, vel darchimie, corrupto drach-
mæ nomine.
47 De Ologinat, alio barbarico drachmę nomine.
48 De Nabach ſimiliter appendente drachmam.
49 De Auellana drachmæ pondere.
50 De Bondacate, id eſt, auellana rurſus.
51 ¶ De Aureis diuerſis, è quibus cõmunis etiam
ſextula dicitur.
52 De Sextula rurſus.
53 De Alcaubulo, id eſt, aureo àpud Arabes dicto.
54 ¶ De Sicilico, qui drachmas duas pendet.
55 ¶ De Duella, ſcrupulorum octo pondere.
56 De Alcouano, Arabico eiuſdẽ põderis nomine
57 De Sextario pondere in Arabum libris, id eſt,
ſtatère, vel ſemuncia: & ſacraiati pondere
drachmarum 25.
58 ¶ De Sacros, id eſt, vncia.
59 De Adar, id eſt, vncia.
60 De Aſſatis, id eſt vncia, Arabicè.
61 De Alſatil, alio Arabico eius nomine.
62 ¶ De Libris diuerſis, & earum diuiſione.
63 De Librarum inter ſe proportionibus.
64 De Libræ partitionibus.
65 De Rotulo, libræ nomine apud interpretes A-
rabum.
66 De Mina Multiplici.
67 De Ominos, id eſt, mina. (lis.
68 De alijs corruptis apud Arabes minæ vocabu-

69 De Alhemion, id est pondere vnciarum duodecim & semis.

LIBER III.


De mensuris duntaxat, ijsq; copiosius: Capita habet. XLIX.

1 De mensuris in vniuersum.
2 De Cochleari minimo, mensurarum omnium minima, & via compositionis prima.
3 De Culeo, mensurarum maxima.
4 De Amphora.
5 De Vrna, id est, amphora dimidia.
6 De Congio.
7 De Missohaos, id est congij dimidio.
8 ¶ De Sextario.
9 De Sextario Attico.
10 De Sextario variæ Simonis Genuensis expositiones.
11 De Cotyla, id est sextarij dimidio.
12 De Chœnice.
13 De Chinica, corrupto ab eodem nomine.
14 De Hemina seu cotyla.
15 De Reielati, id est mensura cotylæ mediæ, vt videtur.
16 De Fiala in Arabum libris, id est Cotyla.
17 De Mystro communi magno.
18 De Calice, id est cotylæ dimidio.
19 De Pugillo, id est cotylæ triente.
20 De Oxybapho, id est sesquicyatho.
21 De Anesimen vel acsasse, id est oxybapha.
22 De Kassuf, id est, oxybapho.
23 ¶ De Kaffitio vel Kasitio mensura, quæ cotyla videtur.
24 De Cyatho, conos, coatus, alcanthus, vel al-

muneſi Arabicē.

25 De Cuabo, id eſt cyatho.
26 De Briala, id eſt cyatho.
27 ¶ De Coanuſo ſeu pugillo, cyathorum duorum menſura.
28 De Myſtro communi paruo.
29 De Bachares parua, quæ videtur menſura drachmarum quinq;, &c.
30 De Myſtro Attico magno.
31 De Myſtro Attico paruo.
32 De Cano, id eſt cyatho.
33 Rurſus de Myſtro Attico.
34 ¶ De Cianes menſura obolorū quinq; vel ſex.
35 ¶ De Nuce parua & magna.
36 ¶ De Cochleari minimo.
37 De Cochleari paruo.
38 De Cochleari magno.
39 De Cochleari maximo.
40 De Flagerim, id eſt paruo cochleari.
41 De Fahaliel, id eſt cochleari minimo, pondere drachmæ ſemis.
42 De Colananos, id eſt cochleario.
43 De Paclanario vel faclanario, id eſt cochleario.
44 ¶ De Aben, id eſt Kiſt Romano.
45 De Eiub aliter dicta eadem menſura.
46 De Eberie menſura, quę videtur Kiſt Romanū.
47 ¶ De Medimno.
48 De Artaba.
49 De Modio.

FINIS.



ATENEO VENETO
VENEZIA

BIBLIOTECA



ATENEO

VENEZIA